John R Shaw

FRANC. XAVER. HARTMANNI
COLLEGIATI MEDICI VIENNENS. PRACTICI, AURATAE MILITIAE EQUITIS, SACRI PALATII AULAEQ. LATERANENS. COMIT. PALATINI, ACADEMIAE IMPERIALIS NATURAE CURIOSORUM SODALIS

FORMULAE REMEDIORUM

IN

MATERIAM MEDICAM

ET

CHIRURGICAM

CLARISSIMI AC CELEBERRIMI VIRI

CRANTZII

LIPSIAE
IMPENSIS IOANNIS PAULI KRAUS
BIBLIOPOLAE VIENNENSIS
1779.

Cordell
Hist.
Coll.
RS125
.H33
1779
13491

L. B.

Quae in ſingula ſimplicium individua a me hic praeſcribuntur formulae, eae in univerſum duo habent fixa, in quo colliment puncta.

Primum ut qui Materiae Medicae praelectiones frequentaturi ſunt artis ſalutaris Alumni veteranorum ſpecimina inveniant ipſo Clariſſimo Viro CRANZIO in publicis exercitationibus limata, quae imitari poſſint; Alterum ut univerſae ſuppelle-

ctilis Medicae accuratiorem tum ad morbos quosvis, tum ad individuos multos debellandos ambitum uſumque rectius perdiſcant. In quae cum innumeri exſtant & Medicorum primi ordinis longe Celeberrimorum labores dicere difficile eſt, quod alteri utilitate ſit potius praeſtantia neceſſitateque excellentius. Nam etſi poſterius fere tantum in applicatione adaequati morbo remedii adaequata ſeu recta curandi ratione conſiſtat, & prius ab hac adhuc multum diſtet, tamen cum curandi rationem formularum praeſcribendarum concinna utilisque methodus praecedere debeat, utriusque & utilitatis & praeſtantiae & neceſſitatis momenta fere aequilibrantur. Nec ego hic quidpiam ultra verum adducam, ſi aſſero etiamnum tot exſtare formularum concinnandarum codices, quot exſtant alii univerſis morbis curandis dicati.

Quae vero omnia cum ita ſint, mirari poſſes, cur nunc ego & jam ante me Collegæ

gae amantiſſimi LAURENTIUS HOFFMANNUS, ANTONIUS KRAMMERUS & ANDREAS ADAMI ita enatas in Materiam Medicam & Chirurgicam Clariſſimi ac Celeberrimi Viri CRANZII ſpeciminum inauguralium loco dederint formulas. Sed mirari deſines, ſi inſtituti rationem & ab aliis diverſitatem perſpexeris. In exercitiis hebdomadalibus ſingulis ea, quae in ſimplicium hiſtoriam a Celeberrimo Praeceptore commentata fuerunt, denominato morbo, ſtatuta cauſa & facta indicatione a ſtudioſis in formulam primo ſimplicem & convenientiſſimam, tum ex combinatione plurium remediorum compoſitam, quae vel laudetur vel corrigatur, aliter atque aliter conſcribi debent; quo fit, ut dein lecto aegri accedens juvenis Medicus, nec in praeſcribenda apti remedii formula exercitatus laboret; nec in conſultationibus probatiſſima alia atque alia proponere haeſitet ambitus totius rei medicamentariae apprime gnarus, in qua re Medici-

nae

nae ſumma ſit. Alia, quae facile poſſem adjicere, ſuperfluum. duco; nam & pro ſtudioſis, qui diſcere volunt ſatis, & pro Medicis, qui in abundantiſſima re medicamentaria inopes eas continuo formulas praeſcribunt, quas a viginti & triginta retro annis praeſcripſerunt, & alias damnant, nimis dixi.

FORMULARUM MATERIAE MEDICAE ET CHIRURGICAE CONSPECTUS

FORMULAE MATERIAE MEDICAE.

Claſſis	I.	Cardiacorum nutrientium	Pag. 1
	II.	— — nerveorum	54
	III.	— — ſtimulantium	61
	IV.	Emollientium - -	187
	V.	Adſtringentium - -	198
	VI.	Attenuantium - -	262
	VII.	Inſpiſſantium - -	308
	VIII.	Evacuantium I. Sudorifera	338
	IX.	— — II. Diuretica	362
	X.	— — III. Emmenagoga	379
	XI.	— — IV. Apoplegmatiſonta	385
	XII.	Anodyna & Narcotica	439
Antidota generalia.		- - -	443
Claſſis	I.	Venenorum acrium - -	466
	II.	— — Stupefacientium -	483
	III.	— — Foſſilium acidorum.	492

Claſſis

Claſſis IV. Venenorum Alcalinorum pag. 495
V. — — Draſticorum - 502
VI. — — Mechanicorum - 515
VII. — — Exſiccantium - —
VIII. — — Heteroclitor. animalium 525

FORMULARUM CHIRURGICARUM CONSPECTUS.

Claſſis I. Repercutientia - - - 529
II. Relaxantia - - - 544
III. Reſolventia - - - 552
IV. Suppurantia - - - 571
V. Detergentia - - - 585
VI. Exſiccantia - - - 604
VII. Cauſtica - - - 614

CLAS-

CLASSIS PRIMA
CARDIACORUM
NUTRIENTIUM.

CEREALIA.

AVENA.

No. I. DECOCTUM

Pectorale demulcens in tuſſi acri et ſicca.

℞. *Avenae decort.* unc. II.

Coque in ſ. q. aquæ per mediam horam. Colat. libr. II. tepefactæ exacte admiſce

Vitel. ovor. No. II.

D. S. ut æger infeſtante tuſſi hujus potus aliquantulum calidi vaſculum ſumat.

2. JUSCULUM

Avenaceum ſanguinis maſſam depurans in curam majalem.

℞. *Avenae decort.* unc. I.
Cichor. cum toto unc. ſemis.

Coque in ſ. q. Jusculi carnium per dimidiam horam, adde

Vitell. ovor. No. I.
Butyri recent.
Cremor. lactis, ana q. ſ.

Conquaſſentur, miſceantur. Bibat omni mane ſcutellulam libr. I. vel I ſemis.

3. PULMENTUM

Contra morbos conſumptivos.

℞. *Gruti* libr. ſemis.

Coque in ſ. q. lactis quantum par eſt, ultimo adde
Butyri Cacao q. ſ.

D. Cibus.

Polygonum FAGOPYRUM. L. germ. Buchweizen, Heidekorn.

4. SUCCUS

Ad oculos illacrymantes.

℞. *Succi recent. fagopyr.* unc. IV.

Hoc quotidie oculi foveantur bis, ter, vel ſi non multum juvet adde
Vitriol. martis gr. I.

Uſus idem.

HOR-

HORDEUM.

5. DECOCTUM

Commune febrium continuarum.

℞. *Hord. mundat.* unc. II.
Nitri dr. I.

Coque in ſ. q. aquæ ad crepaturam. Colat. libr. I. ſemis adde
Syrup. de acetoſitat. citri unc. I. vel
Oxymellis. unc. I.

M. Sumat pro libitu.

6. ALIUD

Ubi in his alvus ſimul ſtricta eſt, et putredo timetur.

℞. *Hord. mundat.* unc. II.
Tamarindor. unc. ſemis.
Nitri dr. I.

Coque in ſ. q. aquæ per quadrantem horæ: Colat. libr. I ſemis adde
Syrup. Rubi idaei unc. I.

D. ut prius.

7. JUSCULUM

Nutriens in Hæmoptoe.

℞. *Cremor. hordei* cochlear. II. III.
Juris carnium libr. I.

Sorbeat.

8. CATAPLASMA

Maturans inflammatis locis utile.

℞. *Far. hordei* unc. II. etiam plus.
Mellis q. ſ.

Calefacta applicentur parti.

MAYS.

9. PULMENTUM

In tumoribus ex odontalgia et ex frigore oriundis.

℞. *Farin. Mays* unc. III.

Coque in ſ. q. lactis, coctis adde

Butyri unc. I.

Applicetur loco affecto, renovetur.

MILIUM.

10. PULMENTUM

In diarrhoea, dyſenteria valet, præſcribitur ut prius.

ORYZA.

10.* PULMENTUM

In hæmoptoë, ſcirrho ventriculi, diarrhoea, dyſenteria ut priora parandum.

11. JUSCULUM

In Maraſmo.

℞. *Oryzae.*

Avenae ana unc. I ſemis.

Coque in ſ. q. Juris carnium: Colat. libr. I.

Detur uſui cum vel ſine Butyro cacao.

Sumat omni mane.

12. PUNCH

Perſpirationem inſenſibilem augens, contra morbos catarrhales ſine febre, et ventriculi pituitam febres intermittentes.

℞. *Eloeoſacch. limon. recent. ex cortic. fact.* unc. I.
Succi duorum limonior.
Aq. ferventis mens I.
Spiritus Arrac libr. I.
Sacchari q. ſ. ad gratiam.

13. VEL

Fortius.

℞. *Eloeoſacch.* q. ex duobus limon. fieri poteſt.
Succi Limonior. duor.
Aquæ ferventis libr. III.
Sacchari q. ſ. ad gratiam.
Spiritus Arrac. libr. I.
D. uſui.

Alios potus Punch vide ſub Spirit. Vitrioli, Sulphuris.

SECALE.

14. DECOCTUM

In febribus acutis commune.

℞. *Granor. Secalis* vel
Panis Secalini unc. II.
Coque in ſ. q. aquæ, Colat. libr. I ſemis adde
Succi Citri unc. ſemis, vel
Spiritus vitriol. dr. ſemis I.
Sacchari vel
Mellis q. ſ.
M. D. ut æger omni bihorio vaſculum vel plus ſumat.

15. ALIUD

Commune febrium putridarum cum virium proſtratione.

℞. *Panis Secalini* unc. III.

Coque in ſ. q. aquæ. Colat. libr. I ſemis adde
Vini boni auſtr. unc. II.
Phegmatis vitrioli unc. ſemis.
Syrup. Ribium vel
— *de acetoſit. citri* unc. II.

M. detur uſui.

16. CATAPLASMA

Maturans.

℞. *Farinae ſecalis* unc. V.

Coque in ſ. q. lactis in conſiſtentiam Cataplaſmatis, Cui ultimo adde

Cepar. crudar. contuſar. unc. I.
Mellis commun. unc. II.

F. l. a. Cataplaſma, quod linteo exceptum calidum applicetur loco inflammato.

TRITICUM.

17. CATAPLASMA

Emolliens relaxans.

℞. *Farin. Tritici* unc. VIII.
Butyri recentis unc. I.

Coque parum cum lacte.
F. Cataplaſma, et applicetur.

18. ALI-

18. ALIUD

Maturans.

℞. *Farin. Tritici* libr. ſemis

Coque in ſ. q. lixivii cinerum in conſiſtentiam cataplaſmatis, cui ultimo adde

Mellis communis unc. III.

F. Cataplaſma, quod mediante linteo calidum loco inflammato applicetur.

19. PULVIS

Exſiccans in excoriatione partium.

℞. *Amyli* unc. ſemis.
Cretae puriſſ. dr. II.

M. F. pulvis ſubtiliſſimus, de quo interdum aliquid loco excoriato inſpergatur.

LEGUMINA.

CICER.

20. DECOCTUM

Diureticum in diatheſi calculoſa.

℞. *Millepedum vivor.* No. C.
Decocti Cicerum fervent. libr. II.

F. emulſio: Colat. adde
Syrupi de duabus rad.
—— *acetoſitat. citri* ana unc. I.

M. Sumat omni bihorio vaſculum.

FABAE.

21. CATAPLASMA

Reſolvens diſcutiens.

℞. *Far. fabar.*
— *foenugraeci* ana unc. III.
Salis communis unc. I.
Vini
Aceti àna q. ſ.

Coque leni igne in conſiſtentiam cataplaſmatis. Applicetur calide.

22. SACCULI

Reſolventes diſcutientes.

℞. *Far. fabar.*
— *Orobi* ana unc. IV.
Flor. Sambuc.
— *Chamaemeli* ana unc. I.

Inſuantur ſacculis, qui calefacti applicentur.

LUPINUS.

23. CATAPLASMA

Reſolvens attenuans in tumore œdematoſo ſcroti.

℞. *Farin. Lupinor.* libr. ſemis I.
Sapon. vulgaris unc. II.

Coque in ſ. q. lixivii cinerum clavellator. F. l. a. Cataplaſma tumori laxo ſcroti partitis vicibus imponendum.

ORO.

OROBUS.

24. CATAPLASMA

Diſcutiens reſolvens.

℞. *Farin. Orobi*
— *Fabar.* ana unc. IV.
Ciner. clavellator. unc. II.
Coque in ſ. q. vini et aceti ana partibus æqualibus.
F. l. a. Cataplasma, quod calidum parti tumidæ applicetur.

25. SACCULI

Reſolventes diſcutientes.

℞. *Farin. Orobi*
— *Lupinor.* ana unc. IV.
Camphorae dr. ſemis.
Mixta include ſacculis, qui calefacti parti applicentur.

OLERA.

ACETOSA.

26. DECOCTUM

Antiphlogiſticum ſitim ſedans, putredini reſiſtens.

℞. *Herb. Acetoſae* manip. I.
Granor. ſecalis unc. I.
Nitri puri dr. I.
Coque in ſ. q. aquæ per medium horæ: Colat. libr. II. adde
Syrup. de acetoſitat. citr. unc. I. ſemis.
Sumat pro libitu.

27. SUCCUS

Antiſcorbuticus.

℞. *Succi Acetoſae per ſubſid. depur.*
— *Beccabung.*
— *Naſturt. aquat.* ana unc. III.
Syrup. acetoſellae unc. I.

Sumat matutino tempore tribus vicibus, vel etiam commiſcendo cum ſero lactis.

28. ALIUS

In ſcorbuto putrido.

℞. *Herb. Acetoſae.*
— *Acetoſellae* ana q. ſ.
ut exprimatur ſuccus unc. VI.

Cui l. a. clarificato adde
Syrup. Acetoſellae dr. VI.

D. ſ. ut æger omni bihorio unciam unam hujus ſucci in ſero lactis acidulo ſumat.

29. DECOCTUM

Antiſcorbuticum.

℞. *Herb. Acetoſae* manip. III.

Coque in ſ. q. ſeri lactis per quadrantem horæ: Colat. libr. II. adde

Salis Acetoſellae dr. I.
Syrup. Acetoſellae unc. II.

M. D. Sumat æger omni trihorio vaſculum.

30. ALIUD

Putredini reſiſt ns & moderate adſtringens in dyſenteria bilioſa putrida.

℞. *Herb. Acetoſae* cum toto unc. I. ſemis.
Coque in ſ. q. aquæ per quadrantem horæ: Colat. unc. XV. adde
Syrup. Myrtillor. unc. I ſemis.
D. S. ut æger omni quarta hora vaſculum ſumat.

31. CATAPLASMA

Abſceſſus maturans macerans.

℞. *Herb. Acetoſae* manip. II.
Incluſos ſub cineribus calidis maceratos redige in cataplasma, cui intertere
Salis communis dr. ſemis. I.
Applicetur.

32. CLARETUM

Diætæticum loco cereviſiæ vel vini.

℞. *Rad. Acetoſae.*
Sem. Coriandr. ana unc. ſemis.
Aq. ferventis. menſur. I.
Infunde per mediam horam, ſub finem ſemel ebulliant. Colatura detur uſui.

33. BOLUS

In nauſea & vomituritione ex ingeſto ovo putrido &c. *præmiſſis, ſi videatur, aliis.*

℞. *Conſerv. Acetoſae* dr. I.
Salis Acetoſellæ gr. XV.
Syrup. Acetoſae parum
ut fiat Bolus. Detur pro doſi. Repetatur.

APIUM.

34. INFUSUM

Aperiens diureticum.

℞. *Rad. Apii* unc. I.

Infunde in ſ. q. aquæ fervidæ, ſtet in digeſtione per mediam horam vaſe clauſo. Colat. unc. XV. adde

Salis ſtipitum fabar. dr. I.
Syrup. de acetoſitat. citri unc. I.

D. S. ut æger mane jejuno ventriculo omni altera hora frigide bibat, obambulando ſimul in aere frigidiuſculo.

35. LAVAMENTUM

Ad detergenda ulcera rebellia et ſordida.

℞. *Infuſi Nicotianæ* libr. I.
Succi Apii paluſtris unc. II.
Syrup. mannati unc. I.

D. uſui.

36. LINIMENTUM

Mundificans in cancro & in glandulosis mammarum ulceribus.

℞. *Succi Apii*
— *Cicutae*
Mellis roſarum ana unc. II.
Pulv. tenuiſſ. Ariſtolochiae
— *Myrrhae* ana dr. II.
Farinae Lupinor. q. ſ.

Ut habeatur juſta conſiſtentia linimenti, quod plumaceolis exceptum imponatur.

BE-

BETA.

37. SUCCUS

Errhinus ſternutatorius.

℞. *Rad. Betae rubr. raſae* q. ſ.

ut exprimatur *ſucc.* unc. I. expreſſo ſucco adde

Aq. fontanae
— *ſtillat. roſar. rubr.* ana unc. II.

D. S. ut cava manu exceptus liquor naribus fortiter attrahatur ſæpius de die.

BRASSICA.

38. CEREVISIA MEDICATA.

Antiſcorbutica.

℞. *Braſſicae rubr. concis.* manip. IV.
Raphan. ruſtican. ras. unc. I.

Infunde in Cereviſiæ libr. IV.

Detur pro potu ordinario.

39. DECOCTUM

Pectorale leniter attenuans etiam in acrimonia acida valens.

℞. *Braſſicae rubr. concis.* manip. II.

Coque in ℔. q. aquæ per quadrantem horæ, Colat. unc. XV. adde

Syrup. de Eryſimo Lob. unc. I ſemis.

D. S. ut æger omni trihorio vaſculum ſumat.

40. CATAPLASMA

Maturans.

℞. *Fol. Braſſic. rubr. conciſ.* manip. VI.
Sub cineribus maceratis adde
Saponis vulgar. unc. I.
F. l. a. Cataplasma, quod calidum loco inflammato applicetur.

41. INJECTIO

In ulcera ſinuoſa fiſtulas detergens.

℞. *Decocti Braſſicae* libr. II.
Syrup. de Eryſimo unc. II.
Detur uſui.

42. VEL

℞. *Decocti Braſſicae* libr. I ſemis.
Lixivii cinerum
Mellis ana unc. I.
D. uſui.

43. POTIO

Pro hydropico diuretica.

℞. *Muriae Braſſicae* unc. III.
Tinct. Antimon. tartariſat. dr. ſemis.
Syrup. de duabus rad. unc. I.
M. ſumat primo aliquot diebus mane unam doſim, dein duas.

44. ALIA

In eodem caſu.

℞. *Muriae Braſſicae*
Succi Chaerefol. per ſubſident. depurat, ana unc. III.
Syrup. diaſereos unc. ſemis.
D. pro duabus vicibus. Repetatur.

CHAE-

CHAEROPHYLLUM.

45. INFUSO - DECOCTUM

Reſolvens in morbis Hypochondriacis, Hydropicis.

℞. *Herb. Chaerophyll. recent.* manip. IV.
Terrae foliat. tartar. dr. II.
Infunde in ſ. q. ſeri lactis, ſub finem parum coque: Colat. expreſſæ libr. II. adde
Syrup. Rad. 5. aper. unc. II.
D. ſumat omni bihorio vaſculum.

46. ALIUD

Ad poſthumos puerperarum dolores ex congrumato ſanguine ortos.

℞. *Herb. Chaerophylli* manip. I.
Coque in ſ. q. aquæ per quadrantem horæ, in colat. expreſſa libr. I. extingue Camphoræ accenſæ momentum aliquoties.
Detur uſui. Vel adde
Syrup. pap. rhaeados unc. ſemis.
Dr.

47. SUCCUS

Reſolvens in morbis hypochondriacis, & Hydropicis.

℞. *Herb. Chaerophyll. recent.* q. ſ.
ut l. a. exprimatur ſuccus unciar. V.
Clarificato ſucco adde
Syrup. Rad. 5. aperient. unc. ſemis.
D. ſ. ut æger hauriat matutino tempore.

CICHOREUM.

48. DECOCTUM

Solvens in morbis hypochondriacis, melancholicis, ictero, febribus intermittentibus rebellibus.

℞. *Cichorei cum toto* libr. ſemis.

Coque in ſ. q. ſeri lactis per quadrantem horæ, Colaturæ fortiter expreſſæ unc. XV. adde

Aq. Stillat. Cinnamom. unc. II.
Roob Moror. unc. III.

M. D. ſumat omni trihorio vaſculum.
Repetatur.

49. PILULAE

Hecticis utiles.

℞. *Extract. Cichor.* dr. II.
— — *Croci* gr. XX.
Pulv. roſar. rubr.
— *hederæ arbor.* ana dr. ſemis.
Spiritus vitriol. dulcis gutt. X.
Balſami peruvian. q. ſ.

M. F. pilulæ gr. III. ſumat tres omni quadrihorio.

50. SYRUPUS

Purgans recens natos.

℞. *Syrup. Cichor. cum Rheo* unc. ſemis.
Syrup. Mannati dr. II.

D. Cochleatim donec purgetur.

51. IDEM

Ad 4. 5. annum provectis.

℞. *Syrupi de Cichor. cum rheo* unc. I ſemis.
Pulv. rad. rhei gr. XV.

Detur cochleatim, ut prior.

52. IDEM

Iisdem vermibus laborantibus.

℞. *Syrup. Cichor. cum rheo* unc. I ſemis.
— *Mannati* unc. ſemis.
Pulv. rad. jalappae gr. XV.
Mercur. dulcis gr. V.

Exacte prius mixtus detur cochleatim, ut prior.

ENDIVIA.

53. SUCCUS

Solvens in obſtructionibus viſcerum abdominalium.

℞. *Herb. recent. Endiviae*
— — *Lactuc.*
— — *Cichor. cum toto* ana partes æquales.

Exprimatur l. a. ſuccus unciar. X.
Clarificato ſucco adde

Tart. vitriolat. dr. I.
Syrup. cort. aurant. unc. ſemis.

D. S. ut æger omni bihorio vaſculum ſumat.

LACTUCA.

54. DECOCTUM

Solvens in morbo hypochondriaco, in Cardialgia a bile, in vigiliis nimiis a ſtudiis.

℞. *Herb. Lactucae conſciſ.* libr. I.
Coque in ſ. q. ſeri lactis per quadrantem horæ: Colaturæ fortiter expreſſæ libr. I ſemis adde
Salis prunellae dr. II.
Syrup. rad. 5. aperient. unc. I ſemis.
D. ſumat omni trihorio vaſculum.

55. SUCCUS

Solvens in eosdem uſus.

℞. *Herb. Lactucæ* q. ſ.
ut exprimatur ſuccus unciar. VIII.
Cui lege artis clarificato adde
Salis polychreſt. dr. I.
Syrup. rad. 5. aperient. unc. I.
M. D. ſumat æger mane & veſperi dimidium.

MALVA.

56. DECOCTUM

In tuſſi acri convulſiva, in pulmonis, renum exulcerationibus, etiam in dyſuria utile.

℞. *Fol. Malvae* manip. II.
Coque in ſ. q. aquæ per $\frac{1}{8}$ horæ, ſub finem coctionis adde
Flor. pap. rhoeados manip. I.
Stent adhuc parum in digeſtione: Colat. libr. II. adde
Syrup. jujubini vel
Alterius unc. II.
D. S. ut æger omni bihorio vaſculum calide ſumat.

57. FOMENTUM

Emolliens.

℞. *Fol. Malvae* manip. IV.
Coque in ſ. q. lactis per quandrantem horæ.
Colaturam librar. II. exhibe.
S. ut calido liquori immittantur lintea, & applicentur illico parti emolliendæ.

58. CATAPLASMA

Emolliens.

℞. *Fol. Malvae antea cocta*
Farin. ſem. lini q. ſ.
Ut F. l. a. Cataplasma, quod calidum applicetur parti emolliendæ.

59. CLYSMA

Emolliens, involvens in dyſenteria ab abraſo muco, aut in moto calculo.

℞. *Fol. Malvae* manip. I. II.
Coque in ſ. q. lactis per quadrantem horæ:
Colatura unciar. VI. injiciatur pro clysmate.
Adde pro re nata flor. pap. rhœad. &c.

60. FOMENTUM

Relaxans, leniter aperiens in eryſipelate utile.

℞. *Fol. Malvae* manip. I.
Infunde in ſ. q. aquæ fervidæ per ½ horæ:
Colaturæ unc. VI. adde
Spirit. vin. dr. III.
D. S. ut linteum calido liquori immittatur & parti applicetur.

PORTULACA.

61. DECOCTUM

Antiphlogiſticum in febribus bilioſis.

℞. *Herb. recent. Portulac.* manip. I.

Coque in ſ. q. ſeri lactis per quadrantem horæ:

Colat. leniter expreſſæ unc. XV. adde

Syrup. berberum unc. I. ſemis.

D. uſui.

62. SUCCUS

Reſolvens antiphlogiſticus calculoſis utilis.

℞. *Herb. Portulac. recent.* libr. II.
Cichor. cum toto libr. I.

Modicum contuſæ digerantur leni calore in vaſe terreo clauſo, & macerentur in proprio ſucco, donec contabeſcant. Succi dein expreſſi ſingulæ unciæ adde
Syrup. Rad. 5. aperient. dr. I.

D. S. ut æger ſumat interdum de die vaſculum.

63. PULVIS

Contra vermem ſolitarium.

℞. *Pulv. Sem. Portulac.* dr. ſemis.
— *vitrioli mortis* gr. I.

D. pro doſi, & dentur tales No. VI. ſumat duos de die.

SPINACHIA.

Diætetica eſt.

RADI-

RADICES.

DAUCUS.

64. SUCCUS

Detergens ad aphthas.

℞. *Succi expreſſi recent. Rad. dauci* unc. VI.
Mellis puri unc. I.
M. D. ut æger cochleatim ſumat, & ore volvat.

65. ALIUS

In tuſſi infantum & phthiſi domeſticus.

℞. *Rad. Dauci* q. v.
Herb. recent. Malvae manip. ſemis.
Coque in ſ. q. juris carnium, ut extrahatur preſſione ſuccus unc. IV. ſumat cochleatim.

66. CEREVISIA

Diuretica.

℞. *Sem. dauci modice contus.* unc. I.
Infunde in Cereviſiæ tenuis libris VI.
Qua æger utatur pro potu ordinario.

67. INFUSO-DECOCTUM

Relaxans diureſim promovens.

℞. *Fol. Malvae* manip. I ſemis.
Coque parum in ſ. q. aquæ, liquori fervido ab igne remoto adde
Sem. dauci contus. unc. I.
Stent in digeſtione per medium horæ:
Colaturam libr. II. exhibe.
S. ut æger ſumat omni bihorio vaſculum frigide obambulando in loco frigidiuſculo.

68. PULVIS

Aromaticus, diureticus.

℞. *Sem. dauci* unc. ſemis.
F. pulvis dividendus in doſes VIII.
D. S. Capiat æger ter de die doſin unam, ſuper bibendo decoctum Malvæ, vel Infuſum dauci.

PASTINACA.

69. PILULAE

Contra calculum & veſicæ exulcerationes.

℞. *Pulv. ſem. paſtinac. ſylveſtr.* dr. II.
Extract. liquirit. dr. I.
Balſam. peruvian. q. ſ.

F. Pilulæ gr. III. Sumat IV omni quadrihorio cum decocto Malvæ.

RAPA.

70. DECOCTUM

Ad oris ulcera, aphthas, ad pulmonis infarctus, difficilem reſpirationem.

℞. *Decoct. Rapar. non decort.* libr. II.
Mellis unc. I ſemis.

D. uſui, in priori caſu in ore detineatur, in poſteriori vaſculatim deglutiatur.

71. SUCCUS

Detergens in aphthis.

℞. *Succi Raparum l. a melle despumat.* unc. VI.

D. S. ut æger cochleatim ſumat, & ore detineat.

72. ALIUS.

In tabe infantum domeſticus.

℞. *Juris exſiccat. et coctar. Rapar.* unc. VI.
Sacchari Roſacei unc. ſemis.

Sumat cochleatim pro libitu.

73. CLYSMA

In teneſmo, diarrhoea infantum contumaci.

℞. *Decocti Raparum* unc. V.
Butyri recentis unc. I.

Injiciatur partitis vicibus ad unc. III. pro clyſmate.

RAPHANUS.

74. CEREVISIA MEDICATA

In Scorbuto lento incidens, aperiens, diuretica.

℞. *Cort. Raphani nigri* unc. III.
Raphani ruſtican. unc. ſemis.

Incluſa in ſacculo infundatur in Cereviſiæ Menſur. III.

Sumat pro libitu.

75. SYRUPUS

Crudus in Scorbuto lento, morbis pituitoſis pulmonum.

℞. *Raphani in tenues lamellas ſect.* q. ſ.
Inſpergantur
Salis dr. II.
Sacchari unc. ſemis.
Inde collectus et preſſus ſuccus ſit unc. V.

Sumatur cochleatim.

76. CATAPLASMA

Crudum ad dolores iſchiaticos.

℞. *Herb. Raphani* manip. I.
Cort. Raphani unc. ſemis.

Contuſis in pultem intertere

Salis ammoniaci dr. I.

Applicetur.

RAPHANUS RUSTICANUS.

77. CEREVISIA MEDICATA

Antiſcorbutica.

℞. *Herb. Beccabungae.*
— *Naſturt. aquat.* ana manip. IV.
— *Braſſicae* manip. VI.
Rad. Raphan. ruſtic. libr. I.

Conciſas ſpecies include ſacculo, et immitte in congium recentis cereviſiæ ante fermentationem. Sumat de die ad libitum pro potu ordinario.

78. SUCCUS

Antiſcorbuticus.

℞. *Rad. Raph. ruſtic. raſ.* q. ſ.

ut exprimatur ſuccus unc. VI.

Cui l. a. depurato, et clarificato adde

Syrup. acetoſ. unc. II.

D. S. ut æger omni bihorio unc. I. in ſero lactis ſumat.

79. ALIUS

Emeticus mucum ventriculi incidens.

℞. *Succi recent. expreſſ. Rad. raph. ruſtic.* unc. I.
Oximellis ſcillit. dr. II.
M. F. hauſtus. Detur pro doſi.

80. ALIUS

Attenuans, expectorans.

℞. *Succi expreſſ. r. Rad. Raph. ruſt.* unc. II.
Sacchari albi unc. IV.

Leni calore ſolvatur ſaccharum, et F. l. a. ſyrupus. D. S. ut æger omni hora cochlearia duo ſumat.

81. VEL

℞. *Rad. Raph. ruſtic. ras.* unc. VI.
Sacchar. alb. pulver. unc. II.

Mixta relinquantur, donec Saccharum deliquescat, cujus liquamen detur in uſum priorem.

SCORZONERA.

82. DECOCTUM

Sanguinem purificans, demulcens, in acrimoniis valens.

℞. *Rad. Cichor.* unc. I.
— *Scorzoner.* unc. III.

Coque in ſ. q. aquæ per horam: Colat. expreſſæ libr. I ſemis adde
Syrup. Rad. 5. aperient. unc. I.
D. ſumat ſæpe de die vaſculum.
Poſſunt hæ radices et jusculis incoqui, et ſic ſumi et in eſcam dari.

83. SYRUPUS

In morbo hypochondriaco ſolvens.

℞. *Succi expreſſ. Rad. Scorzon.* unc. III.
Liquor. terr. foliat. tart. unc. ſemis,
Sacchari oleoſi ſoluti et clarificat. unc. VII.

F. l. a. Syrupus.

D. uſui. Sumat unc. I. in ſeri lactis vaſculo omni trihorio.

TRAGOPOGON.

84. DECOCTUM

Solvens meracum in obſtructionibus chronicis, Hypochondriacis.

℞. *Rad. Tragopog.*
— *Scorzoner.*
— *Cichor.* ana unc. III.

Conſciſſæ bulliant in ſ. q. ſeri lactis per medium horæ.

Colat. fortiter expreſſæ libr. I ſemis adde
Salis prunellae d. I ſemis.
Syrup. Rad. 5. aperient. unc. III.

D. S. ut æger omni trihorio vaſculum ſumat.

FRU-

FRUCTUS.

AMYGDALAE.

85. EMULSIO

Leniter demulcens temperans.

℞. *Amygdal. dulc. excort.* unc. I.
— — *amarar.* No. II.

F. cum ſ. q. aquæ fontanæ l. a. Emulſio:

Colaturam libr. I. exhibe.

S. ut æger de die abſumat. Repetatur.

86. ALIA.

Nutriens, ac demulcens.

℞. *Amygdal. dulc. excort.* unc. I ſemis.
— — *amarar.* No. III.

F. cum ſ. q. aquæ decocti hordei l. a. emulſio:

Colaturam libræ I. exhibe.

S. ut æger pro libitu ſumat.

87. LINCTUS

Demulcens, anodynus in tuſſi, urinæ ardore, dolore nephritico.

℞. *Olei Amygdal. dulc. recent. preſſ.* unc. III.
Mucilag. Gummi Arab. aq. rhoead. extract. unc. I.

Exacte invicem ſubactis intertere
Syrup. pap. rhoead. unc. I.

D. uſui.

88. ALI-

88. ALIUS

Eccoproticus in ſuppreſſa alvo.

℞. *Olei amygdal. dulc. recent. preſſi* unc. I.
Mellis puri q. ſ.

ut oleum exacte ſubigatur, ſubactis adde

Syrup. de Cichor. cum Rheo vel
—— *Mannati* unc. I.

F. Linctus, de quo infanti detur ſaepius parvum cochlear, donec purgetur.

89. POTIO

Oleoſa in difficultate menſium, colica, dolore nephritico, in caſu aſſumpti veneni, prius ementico excuſſi.

℞. *Olei amygd. dulc. recent. preſſ.* unc. I - III.

D. per ſe, vel in juſculo calido partitis vicibus.

90. ALIA

In iisdem caſibus.

℞. *Olei amygdal. dulc. recent. preſſ.* unc. I ſemis.
Mucilag. Gummi arab. aq. rhoead. extract. unc. ſemis.
Syrup. diacodii unc. I.

Subacta exhibe, vel his adde interterendum
Aq. ſtill. flor. tiliae vel convenientis alterius unc. III.

D. uſui.

91. CLYSMA

Oleoſum & mucilaginoſum in teneſmo, & excoriatis inteſtinis.

℞. *Olei amygdal. dulc. recent. preſſ.* unc. III.
Mucilag. G. arab. aq. pap. rhoead. extract. unc. I.

Diligenter ſubactis immiſce
Decocti hordei calentis. vel
Juſculi unc. III.

Injiciatur tepidum, & repetatur.

AURANTIA.

92. POTUS

Antiphlogiſticus.

℞. *Gran. Secalis* unc. II.
Pulp. pomor. aurant. exemtis ſeminibus No. III.

Coque in ſ. q. aquæ per quadrantem horæ:
Colat. expreſſæ libr. I ſemis, adde
Nitri dr. I.
Syrup. de acetos. citri unc. I ſemis.

D. ſumat pro libitu.

93. ALIUS

In febribus putridis bilioſis.

℞. *Succi Aurant. dulc.* unc. II.
— — — *acid.* unc. I.
Decocti panis ſecalin. libr. I ſemis.
Nitri puri dr. I.
Syrup. Ribeſior. unc. I.

D. ut prior.

94. POTUS BISCHOPP

Stomachicus cardiacus roborans.

℞. *Vini burgundici* vel
— *Sopronien.* pint. I.
Pomi Aurant. amar. leniter inciſi et ſupra craticulam parum toſti No. I.

Infundantur vaſe clauſo aliquo tempore, dein adde
Sachari q. ſ. ad gratiam.

Sumat omni bihorio vaſculum I. vel, prout eſt aſſuetus, minorem, majorem doſim. Magis roborans auſterus evadit infuſione longiori et maceratione ſeminum diſſecti pomi.

95. SUCCUS

Solvens hypochondriacis pituitoſis, et ſcorbuticis utilis.

℞. *Herb. Beccabungae.*
— *Naſturt. aquat.* ana manip. I.
Pomor. Aurant. dulc. No. II.
— — — *acidor.* N. I.

ut l. a. exprimatur ſuccus, cui per ſubſidentiam clarificato adde
Seri lactis libr. I.

Abſumat matutino tempore vel de die.

96. PULVIS

Stomachicus.

℞. *Pulv. Cort. aurant.* Scrup. I.
Elaeoſacch. aurant. dr. ſemis.

D. pro doſi.

97. VI-

97. VINUM MEDICATUM
Roborans ſtomachicum.

℞. *Flaved. Cort. aurant.* unc. I.
Caryophyll. aromat. No. VI.
Vini rubr. libr. I ſemis.

Stent in infuſione frigida per ſex horas, colatura detur uſui. Sumat vaſculum bis, ter de die.

98. ELECTUARIUM
Stomachicum roborans ex ſolo Aurantio.

℞. *Pulv. Cort. aurant.* dr. II.
Olei Still. cort. aurant. gutt. III.
Flaved. Cort. aurant. condit. dr. III.
Syrup. aurant. q. ſ.

M. F. Cond. Sumat bis ter de die ad nucis moſchatæ magnitudinem.

99. PULVIS
In convulſionibus periodicis rebellibus.

℞. *Pulv. folior. aurant.* dr. ſemis.
D. pro doſi. vel adde
Elaeoſacchari aurant. vel alterius ſcrup. I.
F. Pulvis, et dentur tales No. VI. Sumat duos de die.

100. INFUSUM
In eandem indicationem.

℞. *Folior. aurant.* dr. II.
Aq. Still. pap rhoeados vel
— *alterius* libr. I.

Vaſe clauſo digerantur per duas horas in balneo mariæ: Colat. adde
Syrup. diacod. vel
— *Poeoniae* unc. I.
D. Omni trihorio vaſculum.

101. CON-

101. CONSERVA

Analeptica cardiaca in debilitate organorum ſenſuum.

℞. *Conſervae flor. aurant.* unc. I.

D. ut ſumat ſingulis diebus drachmam I. II. Superbibendo hauſtulum aquæ naphæ.

102. MIXTURA

Antihyſterica et morbis nervor. conveniens.

℞. *Salis volatilis oleoſi* dr. ſemis.
Eſſent. ſuccini dr. I.
Laud. liquid. Sydenh. gutt. XV.
Syrup. pap. alb. unc. ſemis.
Aq. naphae unc. II.
— *Rutae* unc. IV.

M. capiat omni hora cochlear unum.

103. ESSENTIA I.

Corticum Aurantiorum ſalina valens in debilitate ventriculi a muco.

℞. *Flaved. recent. Cort. aurant. amar. concis.* dr. I ſemis.
Muriae ſalis digeſtiv. Sylvii unc. I.

Digerantur vaſis clauſis in balneo mariæ per duas horas, ut etiam ebulliant, de colatura expreſſa ſumat in vino Hydromelle, gutt. L. C. bis, ter de die.

104. ESSENTIA II.

Cort. Aurant. acida in nauſea, vomituritione, dejecto appetitu, diarrhoea a putridis, dyſenteria billioſa, præmiſſis præmittendis.

℞. *Flaved. Cort. aurant. amar. concis.* dr. II.
Spiritus vitrioli diluti unc. I ſemis.

Digerantur vaſis clauſis in balneo vaporis per tres horas, refrigerata cola. D. uſui, ſumat dr. ſemis I. in infuſi Acetoſæ vel Roſar. rubr. etc. vaſculo.

105. ES-

105. ESSENTIA III.

Cort. Aurantior. Oleoſo-Saponacea movens, ſtimulans in obſtructionibus vaginarum nervorum, paralyſi etc. ſtomachica, carminativa, diuretica.

℞. *Flaved. cort. aurant. amar. conciſ.* dr. I.
Tinctur. tart. ſimpl. unc. I.
Liquor. anod. mineral. Hoffm. dr. I.

Digerantur vaſis clauſis in balneo mariæ per duas horas, refrigerata cola et exprime; ſumat gutt. XXX. XL. in vehiculo convenienti bis, ter de die.

106 ESSENTIA IV.

Cort. Aurantior. oleoſo - alcalina earundem virium in cauſis acidis proficua.

℞. *Flaved. cort. aurant. amar.* dr. I.
Tinct. Antimon. tartariſat. unc. I.

Digerantur ut prius, doſis eadem.

107. ALIA.

Stomachica antipodagrica in cauſa acida.

℞. *Olei ſtill. cort. aurant.* dr. ſemis.
Tinct. antimon. cum liquore nitri fixi unc. I.

Digerantur ut prius. Doſis eadem in vehiculo calido convenienti.

CERASA.

108. DECOCTUM

Solvens ad obſtructiones chronic. inveteratas.

℞. *Ceraſor. nigr.* libr. II.

Coque in ſ. q. ſeri lactis per quadrantem horæ: Colat. libr. II. expreſſ. adde
Aq. Ceraſor. nigr. unc. IV.
Syrup. Ceraſor. nigr. unc. II.

D. S. ut æger omni bihorio vaſculum ſumat.

109. ALIUD

Solvens antiphlogiſticum.

℞. *Ceraſor. matur. ſubacid.* libr. ſemis.
Coque in ſ. q. aquæ per medium quadrantem horæ:
Colat. expreſſ. libr. II. adde
Nitri puri dr. I.
Syrup. Ceraſor. nigr. unc. II.
D. S. ut æger ſumat omni bihorio vaſculum.

110. COLLUTORIUM

Spirituoſum mitius in ore detinendum in loquela impedita, et amiſſa.

℞. *Spirit. Ceraſor. nigr.*
— *Serpylli* ana unc. I.
Aq. Cochleariae unc. VI.
Detineat ſæpius de die in ore unc. I. II.

111. ALIUD

In eodem caſu fortius.

℞. *Spiritus Ceraſor. nigr.*
— *Serpylli* ana unc. II.
Aq. ſtill. ſalviae unc. VI.
D. utatur eodem modo.

112. ALIUD

Fortius.

℞. *Vini auſtriac. acidi* unc. V.
Tart. emetici gr. IV.
Spirit. ceraſor. nigror.
— *Serpylli* ana unc. I.
Digerantur ad cineres calidos per horam.
Ore de die ter detineat unc. I calide, cavendo ne deglutiat.

CITREA

CITREA MALA.

113. SUCCUS

Antiſcorbuticus.

℞. *Succi recent. expreſſ. malor. citr.* unc. III.
— — — *aurantior.* unc. II.
Syrup. de acetoſitat. citri unc. I.

M. D. ut æger omni bihorio unciam I. ſumat in vaſculo ſeri lactis.

114. DECOCTUM

Antiphlogiſticum.

℞. *Hord. decort.* unc. II.
Pulp. mali citrei exemptis ſeminibus No. I.

Coque in ſ. q. aquæ per quadrantem horæ: Colat. libr. III. adde
Syrup. de acetoſitat. citri unc. I.

Detur pro potu ordinario.

115. POTUS

Diureticus.

℞. *Semin. dauci*
— *Apii* ana dr. III.
Pulp. malor. citreor. exempt. ſemin. No. II.

Infunde in vini auſtr. tenuis libr. IV.
D. pro potu ordinario.

Nota præſcribe eodem modo alias horum malorum partes, ut aurantiorum.

116. ESSENTIA

Cithri in lethargo incidens, excitans.

℞. *Flaved. cort. citr. concis.* dr. I.
Spirit. cort. citri unc. I.
Tinct. Antimon. tartariſat. dr. ij.

Digerantur vaſis clauſis per duas horas in balneo mariæ, refrigerata cola & exprime. Sumat in leni infuſo ſemin. ſinapi.

CITRULLI.

117. EMULSIO

Blanda refrigerans.

℞. *Sem. 4. frigid. major.* ana. dr. II.
Amygdal. dulc. excort. No. X.
— *amarar.* N. II.

F. cum libra I ſemis aquæ Hordei l. a. Emulſio: Colatura detur uſui.

S. ut æger bibat pro libitu.

118. DECOCTUM

Leniter reſolvens demulcens, refrigerans.

℞. *Avenae mundat.* unc. ſemis.
Pulp. ſive Carnis Citrull. unc. III.

Decoque in ſ. q. aquæ per medium horæ:

Colat. libr. II. adde

Roob Sambuc. unc. II.

D. S. ut æger omni bihorio vaſculum ſumat.

CU-

CUCUMERES.

119. DECOCTUM

Refrigerans in febre Hectica.

℞. *Pulp. Cucumer.* unc. IV.
Semin. Cucumer. contus. unc. ſemis.
Coque in ſ. q. aquæ per quadrantem horæ:
Colat. libr. II. adde
Spiritus vitrioli gutt. XX.
Syrup. Rad. 5. apierent. unc. II.
D. S. ut omni bihorio vaſculum ſumat.
Valet etiam horum eſus.

120. EMULSIO

Refrigerans.

℞. *Semin. Cucum.* unc. III.
F. cum ſ. q. aquæ fontan. l. a. emulſio:
Colat. libr. II. adde
Sacchari ad gratiam.
D. ad libitum.

CUCURBITAE.

121. DECOCTUM

Demulcens reſolvens.

℞. *Pulp. Cucurbit.*
— *Cucumer.* ana unc. III.
Coque in ſ. q. aquæ per quadrantem horæ, ſub finem coctionis adde
Pulp. Aurant. N. II.
Colat. libr. II. leniter expreſſ. adde
Syrup. de duabus Rad. unc. II.
D. S. ut æger omni bihorio vaſculum tepide bibat.

CYDONIA.

122. ELECTUARIUM

Roborans analepticum.

℞. *Mivae Cydonior.* unc. III.
Pulv. cort. cinnamom. unc. I.
Syrup. Cydonior. q. ſ.

ut F. Electuarium.

S. de quo ſumat omni bihorio ad nucis moſchatæ magnitudinem.

123. EMULSIO

Mucilaginoſa obliniens mucum abraſum reſtituens.

℞. *Sem. Cydon.* dr. I. II.
Aq. Still. pap. rhoead. q. ſ.

ut F. l. a. emulſum mucilaginoſum, cui adde

Syrup. pap. rhoeados unc. I.

D. S. ut æger ſæpius lentiſſime deglutiat, quantum cochleari coffé capere poteſt.

124. LINCTUS

In eandem indicationem.

℞. *Olei amygdal. dulc. recent. preſſi* unc. I.
Mucilag. ſem. Cydon. Aq. ſtill. pap. rhoead. extract. unc. II.
Syrup. diacodii unc. I.

Exacte ſubacta lingat æger continuo, dum aſperitatem faucium advertit.

125. CLYSMA

Excoriata inteſtina obliniens.

℞. *Mucilag. Sem. Cydon. aq. fontana extract. & percolat.* unc. V.

Injiciatur tepide pro Clysmate.

126. ALIUD

Inviſcans anodynum.

℞. *Sem. Cydon. contuſ.* dr. II.
Capit. pap. No. II.

Coque in ſ. q. aquæ per quadrantem horæ: Colat. libr. I. divide in Clysmata duo. D. uſui, applicentur.

127. EPITHEMA.

Obliniens inviſcans.

℞. *Sem. Cydon.* dr. I.
Aq. ſtill. Roſar. rubr. q. ſ.

ut extrahatur l. a. mucilago, extracta & per colum preſſa detur uſui.

S. ut hac mucilagine fiſſuræ epidermidis inungantur, & ſi opus tela unctuoſa tegantur, ne linteis adhæreſcant exſiccatæ.

CYNARA.

128. SUCCUS VINOSUS

In Hydrope diureticus.

℞. *Succi fol. Cynarae colati*
Vini Maderani ana unc. III.

D. uſui, ut mane & veſperi concuſſo prius vaſe ſumat cochlearia tria, dein aſcendendo in doſi ad cochlearia IV. V.

DACTYLI

Ut Ficus præſcribuntur.

FICUS.

129. DECOCTUM

In Tuſſi acri ſicca, in colica ſaturnina.

℞. *Caricar. ping.* unc. I.
Coq. in ſ. q. aquæ, ſub finem adde
Flor. pap. rhoead. manip. ſemis.
Stet in digeſtione per horam: Colat. libr. I ſemis. adde
Syrup. diacodii unc. I.
D. ſumat omni hora vaſculum.

130. ALIUD

Pectorale demulcens.

℞. *Fol. Malvae* M. I.
Caricar. ping. N. VI.
Coque in ſ. q. aquæ per quadrantem horæ: Colat. libr. II. exhibe.

S. ut ſumat æger vaſculum calide omni bihorio.

131. CATAPLASMA

Ad maturandos bubones.

℞. *Caricar. ping. ſub ciner. aſſat.* unc. II.
Cinerum dr. I.
Contunde, & redige in Cataplasma, quod applica. Coqui etiam in lacte poteſt & per ſe applicari.

Alia vide in MATERIA MEDICA.

FRA-

FRAGA.

132. DECOCTUM

Diureticum vulnerarium in viis urinariis affectis.

℞. *Herb. Fragar.* unc. I.
Coque in ſ. q. aquæ per mediam horam, ſub finem adde
Herb. virg. aur. unc. ſemis.
Stet adhuc in digeſtione per quadrantem horæ: Colat. libr. I ſemis adde
Syrup. de duabus radic. vel
— *Balſamici* unc. I.
M. ſumat vaſculatim.
De fructibus vide MATER. MED.

JUGLANS.

133. SPECIES

Pro decocto antivenereo.

℞. *Specier. Decocti lignor.* unc. I.
Cort. virid. nucum jugland. dr. III.
Coque in ſ. q. aquæ per mediam horam vaſis clauſis: Colat. libr. I ſemis adde
Roob dianucum unc. I.
D. uſui, ut abſumat de die per ſeptimanas aliquot continuando.

134. CATAPLASMA

Diſcutiens tumores oedematoſos.

℞. *Fol. jugland. recent.* q. ſ.
Contunde in cataplasma, applicetur. Poſſunt etiam integra folia partibus imponi.

135. HAUSTUS

Ad vermen ſolitarium.

℞. *Olei nucum jugland.* unc. II.
Vini dulcis unc. I.

D. pro doſi, conquaſſata ſumatur & ſæpe repetatur.

136. ELECTUARIUM

Stomachicum roborans.

℞. *Nucum jugland. condit.* unc. ſemis.
Mivae Cydonior. dr. II.
Extract. amaricant. dr. I ſemis
Elixir propriet. Paracel. dr. I.

M. F. Conditum ſumat bis, ter de die ad nucis juglandis magnitudinem.

LIMONIA.

137. POTUS

In febribus putridis, in vomitu, diarrhoea bilioſis.

℞. *Gran. Secalis* unc. II.
Pulp. Limon. exempt. ſemin. No. II.

Coque in ſ. q. aquæ per mediam horam: Colaturam edulcora Saccharo. D. uſui.

138. ALIUS

Concinnus magis in iisdem caſibus.

℞. *Aq. fontan.* libr. I ſemis.
Succi limon. unc. ſemis.
Syrup. Limon.
Sacchari albi ana q. ſ. ad gratiam.

Adde dein
Flor. Roſar. rubr. pug. III.

Coque per quadrantem horæ & despuma, ſumat pro lubitu. In debilitate, vini aliquot unciæ addi poſſunt.

139. LIMONADA

Vinoſa in calculo utilis, diuretica.

℞. *Aq. fontan.* libr. I.
Vini montan. aciduli unc. IV.
Succi Limon. unc. ſemis.
Sacchari q. ſ. ut edulcoretur.

Sumat pro lubitu, vel Limonadæ ordinariæ libr. I. adde vini unc. IV.

140. ALIA

Vitriolata in eodem caſu, & in morbis bilioſis putridis varioloſis.

℞. *Aq. fontan.* libr. I ſemis.
Spirit. vitrioli gutt. XX.
Succi Limon. dr. II.
Sacchari q. ſ. ut edulcoretur.

Vel Limonadæ ordinariæ libr. I ſemis adde Spiritus vitrioli gutt. XX. Sacchari q. ſ. ad gratiam.

141. ALIA

Scorbuticis utilis.

℞. *Succi Limon.* unc. ſemis.
Spiritus ſalis dr. ſemis.
Aq. fontis libr. II.
Sacchari q. ſ. ut edulcoretur.

Abſumat de die.

142. LINCTUS

In caſu aſſumpti veneni alcalini, atiam valens in affectionibus calculoſis.

℞. *Succi Limon.* unc. III.
Sacchari alb. unc. ſemis.
Olei amygdal. dulc. unc. II.

M. & ſæpius lingat, aut ſumat cochleatim.

143. MIXTURA

In eosdem caſus & alios indicatos.

℞. *Succi Limon.*
Sacchari albi ana dr. II.
Lapid. cancror. citrat. dr. I ſemis.
Aq. Flor. Tiliae vel
— *petroſelini* unc. VI.
Syrup. diacod. vel
— *de duabus radic.* dr. V.

M. ſumat omni hora cochlear, repetatur.

144. ALIA

In nauſea, vomituritione, vomitu, ictero.

℞. *Succi Limon.* dr. VI.
Salis tartari dr. I.
Aq. Cinnamom. ſimpl. unc. IV.

M. ſumat omni hora cochlear.

MELONES.

145. DECOCTUM

Solvens reficiens antiphlogiſticum.

℞. *Carnis Melon. optim. matur.* libr. ſemis.
Pomor. acido-dulc. in taleos ſector. No. II.

Coque in ſ. q. aquæ vaſe clauſo per quadrantem horæ: Colaturæ libr. II. leniter expreſſæ adde
Syrup. Rubi Idaei unc. II.

D S. ut bibat æger, omni bihorio vaſculum.

146. EMUL-

146. EMULSIO

In febribus pervigiliis refrigerans, in morbis renum demulcens.

℞. *Sem. Melon.* unc. I ſemis.
Aq. fontis q. ſ.

Ut F. l. a. Emulſio Colat. libr. I ſemis adde

Nitri puri dr. I.
Syrup. de althaea unc. I.

Sumat pro lubitu.

MORA.

147. DECOCTUM S. JUS

Solvens in obſtructionibus viſcerum.

℞. *Moror. nigror. matur.* libr. II.

Coque in ſ. q. ſeri lactis: Colat. expreſſæ libr. II. adde

Syrup. Moror. unc. II.

M. detur omni bihorio vaſculum.

148. COLLUTORIUM

Antiſcorbuticum.

℞. *Cort. nigri Rad. raphan. ruſtican. ras.* unc. I.

Infunde in ſ. q. aquæ & vaſe clauſo parum coque. Colat. unc. VIII. adde

Diamor. Nicolai unc. I.

D. S. ut æger ſæpius in die os hoc liquore colluat, & exſpuat.

MYRTILLI BACCAE

149. DECOCTUM

Roborans adſtringens in dyſenteria præmiſſis præmittendis, & nulla præſente febre ex mera laxitate.

℞ *Baccar. Myrtill.* unc. ſemis.
Coque in ſ. q. vini rubri vaſis clauſis: Colat. unc. VIII. adde
Syrup. Myrtillor. unc. I.
D. Sumat de die tribus vicibus.

OLIVAE

150. DECOCTUM

Solvens Spleneticum.

℞. *Olivar. enucleat.* unc. III.
Coque in ſ. q. ſeri lactis per quandrantem horæ: Colat. libr. I. leniter expreſſæ adde
Syrup. Rad. 5. aperient. unc. I.
D. S. ut æger omni trihorio vaſculum ſumat. Repetatur.

PERSICA MALA

Ut Ceraſa præſcribuntur.

PINI NUCES.

151. EMULSIO

Vulneraria demulcens, obliniens, abſtergens.

℞. *Nucum pinear.* dr. II.
F. cum ſ. q. aquæ decoct. Oryzæ l. a. Emulſio: Colat. libr. I. adde
Mellis puriſſimi unc. I.
D. S. ut æger ter de die vaſculum ſumat.

152. ALIA

152. ALIA

In aſperitate pectoris tuſſi acri tenui tota demulcens.

℞. *Nucum pinear.* unc. ſemis.
Gummi Arabic. dr. II.

Bene tritis cum ſ. q. decocti hordei F. l. a. Emulſio: Colat. libr. I ſemis adde
Syrup. pap. albi unc. I.

D. ſumenda cochleatim vel vaſculatim, prout videbitur.

PISTACHIA.

153. EMULSIO

Demulcens involvens.

℞. *Piſtach. non rancidor.* No. XII.

F. cum libra I. aquæ decoct. Hord. l. a. Emulſio: Colatura detur uſui.

S. ut æger ter de die vaſculum ſumat.

154. CONFECTIO

Analeptica nutriens & effœtas vires exſtimulans.

℞. *Amygdal. dulc. decort.* unc. I.
Piſtach. virid. unc. ſemis.
Chocoladae optim. unc. ſemis.
Vanilliae pulv. dr. ſemis.

Conciſa mixta effinge in globulos, formam fragi vel Ceraſi referentes, globulos effictos ſingulos drach. ſemis ſaccharo incruſta, exſicca. Dentur uſui. Sumat omni bihorio vel trihorio I.

PO-

POMA.

155. PTISANA

Antiphlogiſtica grata.

℞. *Hord. decort.* unc. I ſemis.
Paſſul. major. ablat. gygart. unc. ſemis.
Pomor. maturor. acido. dulc. in taleol. ſector. No. III.

Coque in ſ. q. aquæ per mediam horam. Colaturam libr. III. exhibe.

S. ut æger omni hora tepide vaſculum bibat.

156. COLLYRIUM

Antiphlogiſticum.

℞. *Pomor. maturor. recent.* N. I. II.

Corticibus, & nucleis abjectis contunde in pulpam lævem æquabilem, quam linteo ſubtili exceptam, & involutam oculo inflammato applica.

Etiam aſſari ſub cineribus poteſt & per ſetaceum trajici.

PRUNA.

157. DECOCTUM

Leniter purgans per epicraſim, & putredini reſiſtens.

℞. *Prunor. Damaſcen. exemptis oſſiculis conſciſſ.* unc. IV.

Coque in ſ. q. aquæ per quadrantem horæ. In calido decocto diſſolve
Mannae optimae unc. II.
Syrup. acetoſell. unc. I ſemis.
Colatura libr. I ſemis detur uſui.
S. ut æger omni trihorio vaſculum bibat.

158. ELE-

158. ELECTUARIUM

Purgans per epicraſim.

℞. *Pulv. Rhei elect.* dr. III.
Cremor. tart. dr. I.
Roob prunor. q. ſ.

ut F. electuarium.

D. S. ut ſumat æger omni trihorio ad magnitudinem nucis moſchatæ, ſuperbibendo decocti antea præſcripti vaſculum.

159. HAUSTUS

Purgans.

℞. *Cort. median. Ebuli* dr. IV.
Prunor. damaſcen. exemptis oſſiculis conſcis. No. VI.

Infunde in ſ. q. aquæ fervidæ, ſub finem parum coque: Colat. unc. IV. adde
Syrup. flor. perſic. dr. II.

Detur pro hauſtu.

RIBESIA.

160. CLARETUM

Refrigerans, ſolvens, ſitim febrilem extinguens.

℞. *Ribes rubr. matur.* unc. IV.
Aq. decoct. hordei libr. II.
Vini boni auſtriac. unc. III. IV.

Infuſa conquaſſentur, et atterantur leniter Ribeſia: Colaturæ adde
Syrup. Ribeſior. unc. II.

D. pro potu ordinario.

161. VINUM

In Diatheſi calculoſa diureticum.

℞. *Ribes. nigror.* unc. III.
Vini tenuis auſtr. libr. II.
Seri Lactis aciduli unc. VI.

Infuſa conquaſſentur, leniterque fricentur Ribeſia. Colatura detur uſui.

S. ut æger interdum frigide vaſculum ſumat, obambulando leniter in cubiculo frigidiuſculo.

162. SPECIES

Balſamicæ vulnerariæ in morbis viarum urinariarum.

℞. *Fol. Ribes. nigr.* manip. I.
Turion. Ribes. nigr. pug. III.

Conciſæ dentur ſpecies.

S. ut æger pugillum infundat in ſ. q. aquæ fervidæ, et bibat inſtar potus Theé addito melle.

163. POTUS

In febribus acutis antiphlogiſticus, pro delicatulis.

℞. *Gelatin. Ribeſior.* unc. I.
Nitri puri dr. ſemis.
Aq. ebullientis libr. I ſemis.

Detur pro lubitu.

RUBUS IDAEUS.

164. POTUS

Reficiens, cardiacus, ſolvens.

℞. *Baccar. Rubi Idaei.*
Fragor. recent. matur. ana unc. III.

Conquaſſentur et conterantur leniter in Aq. decocti Hordei libr. II. Colat. leniter expreſſæ adde
Vini boni auſtr. unc. IV.
Syrup. Rubi idaei unc. II.

D. pro libitu.

165. MIXTURA

Reficiens cardiaca.

℞. *Aq. ſtillat. Rubi idaei* unc. VI.
Spiritus Rubi idaei dr. II.
Aceti Rubi idaei unc. ſemis.
Syrup. Rubi idaei unc. I.

M. D. ut æger omni bihorio cochlearia duo ſumat.

RUBUS VULGARIS.

166. CATAPLASMA

In Paronychia maturans.

℞. *Fol. Rubi vulgar. ſub cineribus macerat.* unc. II.
Unguenti de althaea unc. ſemis.

F. l. a. Cataplaſma, quod diviſis vicibus applicetur.

SAMBUCUS.

167. DECOCTUM

Solvens in morbis hypochondriacis cum alvo obſtructa.

℞. *Baccar. ſambuc. matur.* unc. II.

Coque in ſ. q. aquæ per quadrantem horæ:
Colaturæ leniter expreſſæ libr. I ſemis adde
Terrae foliat. tartar. dr. II.
Roob ſambuci unc. II.

M. Sumat omni hora vaſculum.

168. THEE

Ad morbos eryſipelatoſos, rheumaticos, arthriticos, podagricos, et alios a perſpirabili ſuppreſſo ortos, ut etiam in cancro.

℞. *Flor. ſambuc. ſiccator.* manip. I.
— *Salviae* pug. III.

D. Species pro Theé.

169. SACCULI

In morbis rheumaticis.

℞. *Farin. Lupin.* unc. II.
Flor. ſambuc. manip. ſemis.

Incluſa ſacculo et in ſartagine calefacta applica. Prius etiam ſacculus camphora fricari poteſt; vel ex his poteſt cataplaſma fieri, quod locis dolentibus applicetur irrorandum calido decocto.

170. CATAPLASMA

Ad tumores aquoſos, et maculas ſcorbuticas:

℞. *Fol. ſambuci* manip. II.

Contuſa coque in ſ. q. lixivii cinerum in formam cataplaſmatis, ſub finem adde
Flor. ſamb. recent. manip. ſemis.

Applica parti; vel in maculis ſcorbuticis praecedentibus adde
Salis ammoniaci dr. I.
Sapon. nigri unc. ſemis.

D. uſui.

171. HAU-

171. HAUSTUS I
Antihydropicus purgans, aliquando diureticus.

℞. *Cort. median. ſambuc.* dr. III.
Cremor. tartar. dr. I.
Vini albi unc. IV.

Infunde ad cineres calidos per duas horas, dein exprime: Colaturam exhibe. Vel ſi minus valida fuerit, adde
Syrup. de ſpina cervin. unc. ſemis.
D.

172. HAUSTUS II
Antihydropicus purgans.

℞. *Succi median. ſambuc.* unc. ſemis.
Muriae ſalis Glauberi dr. II.

D. abſumat duabus vicibus.

173. HAUSTUS III
Antihydropicus.

℞. *Rad. ſambuc. in ſcob. raſae* dr. III.
Salis tart. gr. X.
Aq. danubialis unc. IV.

Stent in digeſtione per horam in balneo mariæ: Colat. expreſſæ adde
Syrupi de ſpina cervina dr. III.
M. Sumat duabus vicibus.

174. GARGARISMA
Diſcutiens reſolvens in angina aquoſa.

℞. *Cord. median. ſambuc.* unc. ſemis.
Infunde in aq. ſtillat. ſamb. unc. X.
Stent vaſe clauſo in digeſtione per horam, colaturæ adde
Aceti ſambuc. unc. I.
Roob ſambuc. unc. II.
D. uſui.

175. MIXTURA
Diaphoretica, ſudorifera.

℞. *Aq. ſtill. ſambuc.* unc. VII.
Aceti ſambucini unc. ſemis.
Roob ſambuci unc. I.

M. D. ut æger in lecto ad ſudorem compoſitus bibat omni hora unc. II.

176. POTUS
Sudorem movens.

℞. *Vaſcula potus Theé ord.* No. III.
Aceti ſambucini cochlear III.

Calide ſorbilletur pro doſi.

177. SPECIES
Diaphoreticæ.

℞. *Flor. ſambuc.* manip. II.

Exhibe ſpecies pro potu theiformi.

S. ut pugilli duo infundantur in ſ. q. aquæ fervidæ, quæ bibatur inſtar Thee.

SILIQUA DULCIS.

178. DECOCTUM
Demulcens anodynum in tuſſi acri ſicca.

℞. *Siliquar. dulc.* unc. II.
Fol. Malvae manip. I.

Coq. in ſ. q. aquæ per quadrantem horæ: colat. libr. II. adde
Syrup. de ſiliquis unc. I ſemis.

D. S. ut æger omni bihorio vaſculum calide ſumat.

UVA.

179. DECOCTUM
Pectorale inviſcans demulcens.

℞. *Paſſular. major. ablat. gygart.* unc. II.
Avenae decorticat. unc. ſemis.

Coq. in ſ. q. aquæ per quadr. horæ: Colat. libr. II. exhibe.

S. ut æger ſæpius de die vaſculum pro libitu bibat.

180. ELE-

180. ELECTUARIUM

Demulcens.

℞. *Pulp. paſſul. maj. l. a. per ſetaceum traject.* unc. III.
Pulv. rad. glycyrrhizae q. ſ.

ut F. Electuarium.

S. ut æger omni trihorio ſumat ad nucis juglandis magnitudinem.

181. CATAPLASMA

Roborans partibus paralyticis, dolore diuturno vexatis, iſchiatico utile, præmiſſis præmittendis.

℞. *Sedimenti therm. mart.* vel
Terrae ſtratorum nigr. unc. II.
Vinaceorum unc. IV.
Vini rubri q. ſ.

ut calefacta macerata redigantur in cataplaſma loco affecto applicandum calide.

182. BALNEUM

In iisdem caſibus.

℞. *Aqua thermalis* vel
— *Communis* q. n.
Vinaceor. q. n.

F. Balneum.

Nota. De Animalibus, eorumque productis, lacte &c. de potubus aliis legendam MATERIAM MEDIC. eſſe, ut etiam de diæta temperamentorum, ætatum &c.

CLASSIS SECUNDA
CARDIACORUM
NERVEORUM.

De Electricitate, exhalationibus animalium, terræ &c. conſulenda MATERIA MEDICA.

VEGETABILIA.

CROCUS.

183. NODULUS
Odoramentalis antihyſtericus.

℞. *Aſae foetidae.*
Caſtorei ana dr. ſemis.
Croci ſcrup. I.
M. et irroretur
Aceti rutacei pauca quantitate.
Exhibe.

184. SCUTUM STOMACHICUM
Ad vomitum ſedandum.

℞. *Emplaſtr. de Cruſta panis* unc. ſemis.
Eſſent. Croci dr. ſemis.
M. F. l. a. Scutum ſtomachicum applicetur.

185. CATAPLASMA

Anodynum maturans.

℞. *Micae panis triticei* unc. V.
Coque in ſ. q. lactis in cataplaſma, ab igne remoto intermiſce
Croci auſtriac. dr. I.
D. et calidum applicetur.

186. COLLYRIUM

Leniter diſcutiens anodynum.

℞. *Aq. Still. ſambuc.* unc. V.
Aceti ſambuc. gutt. V.
Extract. croci gr. X.
D. pro Collyrio.
S. ut ſubtile linteum hoc liquore imbutum oculo applicetur.

187. EPITHEMA

Antiſepticum.

℞. *Eſſent. Croci*
— *Myrrhae* ana unc. I.
Mellis puri unc. II.
M. D. ut pars gangraenoſa ſcarificata hoc liquore balſametur.

188. MIXTURA I

Excitans, reficiens, in melancholia, triſtitia involuntaria.

℞. *Aq. ſtillat. flor. aurant.* unc. VI.
Eſſent. Croci dr. I.
Syrup. Rubi Idaei unc. I.
M. Sumat æger omni trihorio cochlear.

189. MIXTURA II

Concentrata earundem virium.

℞. *Spirit. Rubi Idaei* unc. I.
Extract. Croci dr. I.

M. D. ut ſumantur bis in die guttulæ XX. in vino fragranti.

190. MIXTURA III

Stimulans diaphoretica in exanthematibus retropulſis.

℞. *Extract. Croci* dr. ſemis.
Aceti Rubi Idaei unc. ſemis.
Aq. ſtillat. ſambuc. unc. VI.

D. pro Collutorio.

SANGUIS DRACONIS.

785. PULVIS

In hæmoptoë, dyſenteria, abraſo muco, roborans, inviſcans.

℞. *Sanguin. dracon.* ſcrup. I.
Pulv. gummi arabic. gr. X.

M. F. pulvis, & dentur tales No. VI. Sumantur II. vel III. de die.

786. ELECTUARIUM

In eundem ſcopum.

℞. *Sanguin. dracon.* unc. ſemis.
Trochiscor. de charabe dr. II.
Pulv. gummi arabic. dr. I.
Syrup. myrtillor. unc. I.

M. D. ut omni, bi, vel trihorio ſumat ad nucis juglandis magnitudinem.

787. TA-

787. TABELLAE

In eundem uſum.

℞. *Sanguin. dracon.* dr. II.
Succi hypociſtid. dr. ſemis.
Gummi arab. dr. I.
Mucilag. gummi tragacanth. q. ſ.
ut F. Tabellæ ſcrup. I. quæ ore volvantur & ſolutæ deglutiantur.

788. LINCTUS

Pro infantibus in eodem caſu.

℞. *Sanguin. dracon.* dr. I.
Gummi arabic. dr. ſemis.
Sacchari roſat. dr. I ſemis.
In tenuem pulverem redactis immisce
Syrup. de Meconio q. ſ.
ut F. linctus.

FUNGI-MUSCI.

AURICULA IUDAE

789. DECOCTUM

Inſtar collyrii adhibendum in Ophthalmia incipiente, inſtar collutorii in anginis aquoſis.

℞. *Auric. judae* unc. ſemis.
Coque in ſ. q. aquæ per quadrantem horæ: Colat. libr. I. detur uſui, in collutorio vero adde
Salis ammoniac. dr. I.
Mellis unc. I.
M. & detur uſui.

FUN-

FUNGUS MELITENSIS.

790. PULVIS

In hæmorrhagiis, & omnibus ſanguinis profluviis, dyſenteria &c.

℞. *Pulv. fungi melitenſis* dr. ſemis.
D. pro doſi, & dentur tales No. IV. ſumat II. de die.

791. DECOCTUM

In dyſenteria cruenta, ut etiam in ulceribus laxis urethræ venereis.

℞. *Fungi melitens.* unc. ſemis I.
Coque in ſ. q. *vini rubri* per quadrantem horæ: Colat. libr. I. Detur uſui.
In dyſenteria cruenta adde
Syrup. papav. roead. unc. II.
M. Sumat omni hora vel bihorio vaſculum.

792. SYRUPUS

In dyſenteria cruenta.

℞. *Syrup. granator.*
— *de meconio* ana unc. II.
Pulv. fungi melitens. dr. II.
M. Abſumat doſibus IV. ſcilicet omni trihorio I.

793. ALIUS

In dyſenteria admodum dolente cum excoriatione, præmiſſis præmittendis.

℞. *Mucilag. gummi arabic. aq. Papav. rhoeados extract.* unc. ſemis.
Syrup. papav. rhoeados unc. I ſemit.
Pulv. fungi meliten. dr. I.
M. Abſumat duabus vicibus intra trihorium, ſuperbibendo Claretum flor. roſar. rubr.

LYCO-

LYCOPODIUM.

794 PULVIS

Intertrigini, ulceribus madidis inſpergendus.

℞. *Pulv. ſem. lycapod.* unc. ſemis.
Boli armenae dr. II.

M. D. ad uſus.

MUSCUS CANINUS.

795. PULVIS.

In hydrophobia, & rabie canina.

℞. *Pulv. musci canini* ſcrup. IV.

D. pro doſi, & talis ſæpe repetatur.

796. ALIUS

In eodem caſu.

℞. *Pulv. muſci canini*
— *piperes nigri* ana dr. II.

Divide in doſes II. Sumantur una mane, altera veſperi in vehiculo convenienti, & per dies decem repetatur.

797. VEL

℞. *Pulv. muſci canini* unc. ſemis.
— *piper. nigri* dr. II.

M. F. doſes IV. Sumatur mane & vesperi una, repetatur, ſi opus.

Nota, alios ſimiles antilyſſos vide capite de Camphora.

PULMONARIA ARBOREA.

798. PULVIS

In phthyſi, tuſſi tenui roborans, incraſſans.

℞. *Pulv. pulmonar. arbor.*
— *Fungi melitens.* ana gr. XV.
— *Hederae arbor.* gr. X.
— *Gummi arabic.* gr. VI.
— *Croci auſtr.* gr. II.

M. F. pulvis, & dentur tales No. IV. ſumat bis de die unum.

799. DE-

799. DECOCTUM

In iisdem caſibus.

℞. *Pulmonar. arbor.*
Fungi melitens. ana dr. III.

Coque in ſ. q. aquæ per quadrantem horæ: Colat. libr. I. adde
Syrup. balſam. unc. I.

Sumat omni hora cochlearia tria.

LICNEN ISLANDICUS.

800. THEA

In phthyſi, tuſſi moleſta.

℞. *Lichen. islandici* unc. ſemis.
Fungi melitenſis dr. I.
Croci gr. X.

Conciſæ ſpecies dentur pro Thea, quarum pugillus unus infundatur in aqua fervida, quæ ſumatur cum lacte.

801. DECOCTUM

In eodem caſu.

℞. *Lichen. islandici* dr. II.

Coque in ſ. q. *lactis* per quadrantem horæ: Colat. libr. I. abſumat mane.

802. GELATINA

In eodem caſu.

℞. *Lichen. islandici*
Pulmonar. arbor.
Fungi melitens. ana unc. ſemis.

Coque in ſ. q. aquæ per duas horas: Colat. libr. I. inſpiſſa in conſiſtentiam gelatinæ, cui adde
Sacchari roſacei unc. I.

D. Sumat drachmam ſemis in lactis calefacti unc. III. ter, quater de die.

EX

EX MINERALIBUS PETRIFICATA.

OSTEOCOLLA.

Incerti uſus.

TERRAE.

BOLUS.

803. PULVIS

In diarrhœa demulcens.

℞. *Boli armen.* dr. ſemis.
Terrae japonicae gr. X.
M. F. pulvis, & fiant tales No. VI.
Sumantur duo de die.

804. ELECTUARIUM

In eodem caſu.

℞. *Boli armen.* unc. I.
Sanguinis dracon. unc. ſemis.
Terrae japonicae dr. II.
Laud. liquid. Sydenh gutt. XX.
Syrup. myrtillorum unc. I.
M. F. electuarium. Sumat ter, vel quater de die ad nucis juglandis magnitudinem.

805. EMULSIO

In eandem indicationem.

℞. *Boli armenae*
Sanguin. draconis ana unc. ſemis.
Cum ſ. q. aquæ emulgeatur, Colat. libr. I. adde
Spiritus vitrioli q. ſ. ad grat. aciditatem
Syrup. balſamici unc. I.
D. Sumat omni bihorio vaſculum.

CRETA.

806. PULVIS

In acido ventriculi.

℞. *Cretae.*
Lapid. cancror. ana gr. XV.
Pulv. ari gr. V.

M. F. Pulvis, & fiant tales No. VI. Sumantur tres de die.

807. VEL

℞. *Cretae* gr. X.
Lapid. cancror. ſcrup. I.
Trochiſc. de cacheou gr. V.

M. F. pulvis pro doſi, & fiant tales No. VI. Sumat tres de die.

MINERAE.

ALUMEN.

808. EPITHEMA

Repercutiens in ophthalmia incipiente ex debilitate.

℞. *Aluminis* dr. I.
Album. ovi
Aq. roſar. q. ſ.

Ut lege artis inſpiſſetur, inter lintea oculo applicandum.

809. LAVAMENTUM

Ad ulcera putreſcentia tenui ichore madida.

℞. *Alum. Rochae*
Cort. peruvian. ana unc. ſemis.

Coque in ſ. q. *vini rubri* per quadrantem horæ: Colat. libr. I. D. uſui vel adde
Tinct. gummi laccae aluminoſ. unc. I.
Mellis roſar. unc. I ſemis.

M. & exhibe.

810. ALIUD

Ad ulcera mala carne luxuriantia.

℞. *Alum. Rochae*
Rad. Ariſtoloch. rotund. ana unc. ſemis.
Vini rubri q. ſ.

Coque per quadrantem horæ vaſis clauſis: Colat. libr. I. adde
Aq. phagadaenic. unc. I.

D. ut ulcuscula ſæpe abluantur.

811. VEL

℞. *Rad. Ariſtoloch. rotund.* unc. VI.
Alum. Saccharini unc. ſemis.

D. ut prius

Poteſt etiam alumine ſaccharino madido caro tangi.

812. GARGARISMA

In faucium ulceribus laxis, & angina aquoſa.

℞. *Infus. Roſar. rubr.* libr. I ſemis.
Aluminis dr. II.
Mellis roſar. unc. I.

M. detur uſui.

PRAEP. ALUMEN DRACONISATUM MYNSICHTI.

℞. *Aluminis rup.* unc. II.
Sang. dracon. ſubtiliſſ. pulv. unc. I.

Soluta *aq. cardui benedict.* q. ſ. cryſtalliſentur, poſſunt etiam in cochleari ferreo fuſa in pilulas cogi, ut coëgit HELVETIVS.

813. PULVIS

In hæmorrhagiis, & ſanguinis ex utero profluvio.

℞. *Alum. draconiſat.* gr. X-XV-XX-XXX.
Opii gr. ſemis.

M. F. pulvis, & fiant tales No. IV. Sumat II. etiam IV. de die juxta exigentiam caſus.

814. ALIUS

In fluore albo, in colica pictonum, ubi motus periſtalticus debilis.

℞. *Alum. draconiſat.* gr. XV.
Pulv. Baccar. myrti gr. XX.
Olei ſtill. macis gutt. II.

M. F. pulvis, & tales No. VI. ſumat duos de die.

815. VEL

℞. *Alum. dracon.* gr. XV.
Tartar. emet. gr. ſemis.

M. F. pulvis. D. pro doſi. Repetatur juxta exigentiam.

816. SERUM LACTIS

Aluminoſum in hæmorrhagia uteri, & diabete.

℞. *Lactis* libr. I.
Alum. rup. unc. ſemis.

Coquantur, ut fiat ſerum lactis: Colat. adde
Tinct. gummi laccae ſpirit. unc. I.
Syrup. granator. unc. I. ſemis.

817. VEL ALIUD

℞. *Lactis* libr. I ſemis.
Alum. rup. unc. ſemis.

Coque, donec lac decomponatur, in ſerum refrigeratum inſtilla guttatim

Spiritus vitrioli q. ſ. ad gratam aciditatem

Colat. adde

Tinctur. Cinnamom. unc. I.
Syrup. diacod. unc. I ſemis.

M. Detur omni media hora, vel hora, vel bihorio cochlear pro neceſſitate.

818. PULVIS

Luxuriantes carnes erodens, reprimens.

℞. *Aluminis uſti* dr. I.
Euphorbii dr. ſemis.

M. F. pulvis, qui carni luxurianti inſpergatur aut plumaceolis madidis ſuſceptus applicetur.

819. AQUA ALUMINIS VITRIOLATA

Ad febres intermittentes medicamentum euphoriſtum CLOSS.

℞. *Solution. Alumin. ſaturat.* libr. I.

Inſtilla *Spiritus vitrioli* ſub continua agitatione eo usque donec exacte miſceantur, & ſolutio ſtypticum ſaporem deponat, ſeu ad gratam usque aciditatem, ita, ut ſolutio habeat aciditatem Succi citri, recenter expreſſi, ſubæqualem. Vide CLOSS *Tract. de Variolis.*

VITRIOLA.

820. MIXTURA

Anthelmintica, roborans laxitatem inteſtinorum pro infante.

℞. *Vitrioli martis artific.* gr. V.
Aq. ſtill. flor. Tiliae unc. VI.
Syrup. cinnamom. dr. III.

M. Sumat ter de die aut ſæpius cochlear.

821. PULVIS

In eodem caſu.

℞. *Vitriol. martis artific.* gr. ſemis.
Sacchari roſac. gr. XV.

M. F. pulvis, & fiant tales No. IV.
Sumat omni die unum, deinde duos.

822. IDEM

Pro adulto.

℞. *Vitriol. martis artificial.* gr. III.
Sacchar. albi dr. ſemis.

M. F. pulvis, & fiant tales No. VI.
Sumat unum, etiam duos de die

823. PILULAE

In eodem caſu.

℞. *Aſae foetid.* gr. XX.
Vitriol. martis artific. gr. VII.

exacte mixtis adde
Balſam. peruv. q. ſ.

Ut fiant pilulæ gr. III. Sumat duas, tres de die.

824. PULVIS

In albugine enchantide corrodens.

℞. *Vitrioli* gr. IV.
Tutiae praep. dr. ſemis.
Sacchar. albiſſ. dr. I.

M. F. pulvis tenuiſſimus, qui caute inſletur parti morboſæ oculi.

825. GLO-

825. GLOBULI

Læſæ arteriolæ ſanguinem fundenti indendi.

℞. *Vitrioli albi* q. ſ.
Effinge globulos parti indendos.

826. AQUA VITRIOLATA

In eundem caſum, ſic etiam in hæmorrhagia narium.

℞. *Vitrioli albi* dr. ſemis.
Aq. ſimpl. unc. I. ſemis.
D. ut turunda hac ſolutione madida naribus intrudatur, aut plumaceoli parti applicentur, poſſunt etiam prius alcohole imbui.

827. PULVIS

Emeticus in caſu aſſumpti veneni.

℞. *Vitrioli albi* dr. ſemis.
D. pro doſi.

828. MIXTURA

Antiepileptica.

℞. *Vitrioli caerulei* gr. I. ſemis, II.
Aq. ſtillat. rutae libr. I.
Syrup. diacodii unc. I.
M. Sumat ter de die cochlear.

829. VEL

℞. *Cryſtall. Saphyr. ex vitriol. caerul.* gr. II.
Aq. ſtill. flor. Tiliae unc. V.
Sacchari roſacei dr. II.
M. Sumat ut prius.

830. LIQUOR

Ad clavos pedum exſtirpandos.

℞. *Spirit. vitriol. veneris* dr. I.

D. Caute hoc tangantur mediante penicillo clavi, dein tegantur emplaſtro de gummi ammoniaco cum euphorbio.

831. POTUS

In morbis putridis & variolis confluentibus.

℞. *Flor. Roſar rubr.* manip. ſemis.

Coque in ſ. q. aquæ per quadrantem horæ: Colat. libr. I ſemis adde

Phlegmatis vitrioli q. ſ. ad grat. aciditatem.
Sacchari ſi placet ad edulcorationem.

Sumat pro lubitu.

832. MIXTURA

In morbis putridis, variolis confluentibus cum dejectione virium antiſeptica, excitans praeter claretum ſub roſis rubris.

℞. *Aq. totius citri* unc. V.
Tinctur. croci dr. ſemis.
Spirit. vitriol. dr. ſemis. I - I ſemis.
Syrup. ribeſior. unc. ſemis.

M. Sumat omni hora cochlear.

833. PUNCH

Anticatarrhalis, pituitoſis conveniens.

℞. *Elaeoſacchar. citri*
Succi citri ana dr. I.
Aq. ebullientis libr. I.
Elixir vitriol. unc. I.
Sacchari q. ſ. ad gratiam.

Bibat calide mane.

834. ELI-

834. ELIXIR

Antiphthiſicum.

℞. *Extract. croci*
    — *heder. terreſtr.*
Balſam. tolutan. ana dr. ſemis.
Spiritus vini unc. II.

Digerantur vaſis clauſ. in balneo mariæ per horam, refrigeratis ſenſim inſtilla
Spirit. vitriol. dr. I.

Digerantur denuo in eodem balneo per duas horas, refrigerata cola, & exhibe.

Sumat gutt. XX. XXX. in conſerv. flor. roſar. rubr. vel in vaſculo infuſi hederæ terreſtr.

PROCESSUS AETHERIS VITRIOLI,

quo optimus æther vitrioli, et maxima quantitate obtineatur.

℞. *Spiritus vini rectific.* libr. III.

Inde vaſi lapideo duarum menſurarum, ſenſim inſtilla per vices duas uncias ad ſemel *acidi vitriolici fortis*, donec addideris hujus acidi in totum libr. III. & uncias ſex. Digerantur per noctem ſine calore. Mane per tres, vel quatuor vices decanta de uno vaſe in aliud, & mediante longo tubo in retortam triplo capaciorem, quam poculo æneo, ſabuli pollicem in fundo, & majorem circum circa quantitatem habentem, ad mixturæ altitudinem indes. Pone illud ſupra validum ignem, adaptes mediante luto amplum recipiens retortæ, relinque foramen aciculæ in luto, niſi recipiens perforatum fuerit. Continua ignem, donec materies ebulliat cum bullulis, tum aufer ignem in integrum, nam calor ſabuli ſufficiens eſt ad complendam ætheris deſtillatio-

 nem,

nem, qui ſeparandus venit a ſpiritu vini deſtillato ante ebullitionem.

AETHERIS RECTIFICATIO

A ſulphureo volatili ſpiritu, & aliis. Infunde totum liquorem nitidæ retortæ, adde 2. 3. uncias cinerum clavellatorum mundorum, agglutina latum vas recipiens, & moderato igne deſtilla, dein concute cum æquali quantitate aquæ fontanæ. Superabundans quantitas ſpiritus vini aquam inficit, immiſcibilis æther ſupernatabit.

Præp. PHLEGMA VITRIOLI.

835. POTUS

In morbis putridis, & variolis confluentibus.

℞. *Flor. Roſar. rubr.* manip. ſemis.

Coque in ſ. q. aquæ per quadrantem horæ: Colat. libr. I. ſemis adde

Phlegmatis vitrioli q. ſ. ad grat. aciditatem
Sacchari, ſi placet, ad edulcorationem.

Sumat pro libitu.

COLCOTHAR VITRIOLI.

836. PULVIS

Ad ulcera laxa putrida antiſepticus roborans.

℞ *Colcotharis vitriol.* dr. I.
Myrrhae dr. II.

M. F. pulvis ulceribus inſpergendus, vel plumaceolis ſpiritu vini camphorato gravidis ſuſcipiendus, & his imponendus.

837. FO-

837. FOMENTUM

Ad partes gangræna vitiatas ex decubitu.

℞. *Colcothar. vitriol.*
Cort. peruv. ana unc. ſemis.

Coque in ſ. q. aquæ per mediam horam: Colat. libr. II. adde
Spiritus vini theriacal. unc. II.

In liquorem calidum intingantur lintea, quæ applicentur parti.

838. PULVIS

Inſpergendus locis ſudantibus, ſi ſiccare conſilium.

℞. *Terrae vitrioli dulc.* dr. II.
Boli armenae unc. ſemis.
M. D.

OLEUM VITRIOLI

839. GUTTULAE

In podagra, arthritide calcarea ſcorbutica, in nephritide, calculo.

℞. *Olei calcanthi* unc. I.
Spiritus vini optimi unc. IV.

Oleum guttatim, & ſucceſſive ſpiritui inſtilletur, quietis, mixtis adde
Pulv. rad. curcumae
— *gran. Kermes* ana dr. I.

Digere blando calore per XIV horas, dein filtretur liquor, & ſervetur. Sumantur guttæ XII - XV. ex cyatho aquæ vel vini tenuis. In infuſo Roſarum rubrarum eadem quantitate in dyſenteria, & morbis putridis, ut & hæmoptoë.

SPIRITUS VITRIOLI DULCIS.

840. SERUM LACTIS

Medicatum in hæmoptoë, & diſchuria venerea.

℞. *Seri lactis* libr. I.
Spiritus vitrioli dulcis vel
Mixturae praecedentis q. ſ.

Ad gratiam.

Detur uſui.

Nota, poſſe fieri ſerum Lactis compoſitum cum diverſis medicamentis, ſic cum vino auſtriaco, tocavienſi excitans reſtaurans in febribus malignis exanthematicis; cum ſeminibus ſinapi ſinapinum in peripneumonia notha utile, & ad diverſas alias ægritudines cum aliis medicamentis aliud atque aliud.

841. GUTTULAE

Carminativæ, antiemeticæ, antiſpaſticæ.

℞. *Spirit. vitriol. dulcis ſuper alcali rectific.* dr. I.
Laud. liq. Sydenh. gutt. XX.

Sumat guttas XX. in Saccharo vel alio vehiculo convenienti bis, ter de die.

842. ALIAE

Pro infante convulſo, aut a dentitione epileptico.

℞. *Spirit. vitriol. dulcis* gutt. X.
Spiritus C. C. gutt. VI.
Laud. liquid. S. gutt. III.

M. Dentur guttulæ ſex in lacte, aut alio vehiculo.

843. ALIAE

In ſingultu a cauſa frigida, vel ſpaſtica.

℞. *Spirit. Vitriol. dulc. ſuper alcali rectific.* dr. ſemis.
Balſam. vitae gutt. X.
Laud. liquid. S. gutt. VIII.

M. Sumat in Saccharo guttas X-XV.

844. ALIAE

In gonorrhœa habituali, & contumaci.

℞. *Spiritus vitriol. dulcis* unc. ſemis.
Ambrae dr. I.

Stent in calida digeſtione, donec ſolvantur; doſis guttæ IV. VI. X. in vehiculo appropriato.

845. ALIAE

In fluore albo.

℞. *Pulv. ſuccini* dr. I.
Spiritus vitriol. dulc. q. ſ.

Ut ſolvatur in digeſtione calida: Colat. adde
Balſam. Stomachic. gutt. XV.
Elixir propriet. dulc. dr. ſemis.

M. D. guttulæ XXX. bis de die in vehiculo appropriato.

AETHER VITRIOLI.

846. GUTTULAE

In Paralyſi, Epilepſia, Rheumatiſmo absque febre.

℞. *Aetheris vitriol. veri* dr. ſemis.

D. ut guttulæ IV. inſtillentur ſaccharo ſubito deglutiendo; doſis augeri poteſt, ſi prior non profecerit, ad gutt. X. XX.

847. HAU-

847. HAUSTULUS

In tuſſi convulſiva infantum.

℞. *Aq. ſtill. Hyſſopi* unc. II.
Syrup. diacod. dr. II.

Exhibe, & cochleari I inſtilla

Aetheris vitrioli gutt. II. III.

D.

848. ALIUS

In ſyncope, animi deliquio, paſſione hyſterica.

℞. *Aetheris vitrioli* dr. I.

D. ut guttulæ XV. XXV. inſtillentur vitro vini, & ſubito ſumantur.

849. LIQUOR

In uſus externos ad dolorem capitis, dentium, aurium, in Rheumatiſmis, iſchiatide ſine magna febre.

℞. *Aetheris vitrioli* unc. II.

Hocce locus dolens inungatur, ut diſpareat. Rheumaticæ parti unc. ſemis I etiam inungi poteſt.

TARTARUS VITRIOLATUS.

850. PULVIS

Digeſtivus, ſtomachicus, incidens.

℞. *Tart. vitriolat.* dr. ſemis.

Detur pro doſi, & dentur tales No. IV. Sumat duos de die.

Compoſitos tales pulveres vide ſub aliis capitibus.

AR-

ARCANUM DUPLICATUM.

851. PULVIS

Digeſtivus incidens.

℞. *Arcani duplicat.* dr. ſemis.

D. pro doſi. 4mal tägl. Frauen, die ihr Kinder entwöhnen. s. [illegible] S. 504.

SEMIMETALLA.

ZINCUM.

852. COLLYRIUM

In lippitudine ſiccans.

℞. *Aq. roſar. rubr.* unc. II.
Flor. zinci gr. VI.
Tutiae praepar. gr. IV.

D. uſui.

853. PULVIS

In intertrigine, excoriatione ſiccans.

℞. *Flor. zinci* dr. I.
Boli armen. dr. II.

F. pulvis tenuiſſimus parti excoriatæ inſpergendus.

854. UNGUENTUM

In fiſſuris papillarum.

℞. *Unguent. alb. camphorat.* dr. III.
Flor. zinci ſubtiliſſ. pulver. dr. I.

M. & exhibe.

ME-

M E T A L L A.

FERRUM CHALYBS.

855. VINUM

Roborans cœliacis, lienoſis, dyſentericis, & nimium menſtruantibus, & aliis omnibus pituitoſis morbis utile, ut Leucophlegmatiæ, Cachexiæ &c.

℞. *Limaturae martis non rubig.* unc. ſemis.
Cinnamomi dr. II.
Vini auſtr. boni montan. libr. I.

Stent in digeſtione frigida per duas dies, ſumat ter de die cochlearia duo.

856. CEREVISIA

Martialis paulo aliter facta.

℞. *Cereviſiae* libr. I.

In hac extinguatur aliquod ferrum candens repetitis vicibus.

Sumatur vaſculatim.

857. CLYSMA

In exolutione inteſtinorum.

℞. *Aq. ferrator.* unc. IV.
Terebinth. vitell. ovi ſubact. dr. I.

M. injiciatur, & tales de die II.

858. PULVIS

Antacidus roborans, ſi acidum primis in viis præſens.

℞. *Limatur. martis ſubtiliſſ.* gr. III.
Sacchari cand. gr. X.
Pulv. lapid. cancror. ſcrup. I.
— *rad. ari* gr. VI.

M. F. pulvis ſubtilis, & fiant tales No. VI. ſumat omni die unum, duos.

859. ELECTUARIUM

Roborans, emmenagogum, hæmatopojeticum nullo acido in corpore peccante, ſed glutine.

℞. *Extract. martis pomat.* unc. ſemis.
Pulv. baccar. myrt.
— *Ari*
— *Myrrhae* ana dr. I.
Flor. ſalis ammoniac. mart. dr. ſemis.
Elixir pptat. acidi q. ſ.

Ut fiat Electuarium, de quo ſumat ter de die ad nucis moſchatæ magnitudinem.

860. ALIUD

In glutinoſo ſpontaneo, & iisdem caſibus, ſalinum magis.

℞. *Limatur. martis non rubig.* dr. ſemis.
Cremoris tart. dr. I.

Redigantur in pulverem tenuem & triturando cum ſucco limoniorum in paſtam, cui adde
Extract. amaricant. unc. ſemis.
Eſſent. abſinth. q. ſ.

Ut. F. Electuarium.
Sumat, ut prius.

861. ESSENTIA

In iisdem caſibus.

℞. *Electuar. praecedentis*
vel
Vitrioli martis artificial. dr. II.
Vini boni libr. I.
Sumat ter de die cochlear unum.

862. PILULAE

In eandem indicátionem.

℞. *Extract. martis pomat.*
— — *emmenagog.*
Maſſae pilular. Ruff. ana dr. I.
M. F. pilulae gr. III.
Sumat ter de die pilulas tres.

863. GUTTULAE

In iisdem caſibus.

℞. *Tinctur. martis ap. Hellebor.* dr. ſemis.
— *ſtomach.*
Elixir propriet. cum acido ana dr. I.
M. Sumat guttulas XXX, ter de die in vehiculo conveniente.

864. CATAPLASMA

Roborans in oedemate, tumoribus lymphaticis.

℞. *Faecis martialis fontis medic.* q. ſ.
Calefactam applica parti.

865. ALIUD

In iisdem caſibus.

℞. *Nigri ſtratorum ſabuli* unc. III.
Extract. emmenagog. unc. I.
Vini rubri q. ſ.
Coquantur in Cataplasma, quod indiviſum vel diviſum applicetur, & pro re nata renovetur.

LA-

LAPIS HAEMATITES.

866. PULVIS

In fluore albo roborans, emmenagogus.

℞. *Pulv. lap. haematit.* gr. XV.
— *Ari compoſit.* gr. X.
Flor. ſalis ammon. mart. gr. IV.
Olei ſtill. citri gutt. II.

M. F. pulvis, & fiant tales No. VI. Sumat duos de die.

867. ALIUS

In ſanguinis ſputo.

℞. *Lap. haematitid.*
Alum. draconiſat. ana gr. X.
Nitri puri gr. VI.

M. F. pulvis, & tales No. III. Sumat de die II.

868. ELECTUARIUM vel PILULAE

In fluore albo, & ad cienda menſtrua in laxis.

℞. *Pulv. lap. haematitid* dr. I.
Extract. amaricant. dr. II.
— *emmenagog.* dr. ſemis.
Syrup. Cinnamom. q. ſ.

Ut vel Conditum fiat, vel Pilulæ.

De Condito ſumat ad nucis moſchatæ magnitud. bis de die. De pilulis gr. III. omni quadrihorio III.

ANIMALIA.

CHERMES.

869. PULVIS

Contra abortum, & ſanguinis profluvium, dyſenteriam a laxitate, præmiſſis præmittendis.

℞. *Pulv. gran. chermes* gr. XV.
Alum. draconiſat. gr. V.
Opii gr. ſemis.

M. F. pulvis, & fiant tales No. IV. Sumat duos de die.

870. JULAPIUM

Cardiacum, analepticum, roborans, exhauſtis viribus proficuum, etiam in ipſis febribus, & diarrhœis, dyſenteriis, & hæmorrhagiis.

℞. *Aq. ſtill. roſar. rubr.* unc. VIII.
Tinctur. Cinnamom. dr. III.
Succi granor. Chermes optim. unc. I.
Syrup. Ribeſior. unc. ſemis.

M. Sumat omni hora cochlearia duo.

871. ALI-

871. ALIUD

Magis roborans acidum.

℞. *Aq. ſtill. Ceraſor. nigr.* unc. X.
Succi granor. Chermes opt. unc. I.
Spiritus vitriol. dulc. ſuper alcal. rectif. dr. I.
Syrup. Ribeſior. unc. I.

M. detur ut prius.

Nota, etiam Laudanum liquid. adjici poſſe, ſi ita videatur.

872. ALIUD

Cardiacum analepticum in caſu exhauſtarum virium, convulſionum a cauſa frigida, maxime gravidarum parturientium, calidius.

℞. *Aq. ſtill. totius citri* unc. VI.
— *balſam. embrion.* unc. I.
— *Cinnamom. lacteae* unc. ſemis.
Succi granor. Chermes opt. unc. I.
Laud. liquid. Sydenh. gutt. XX.
Syrup. Cinnamom. unc. ſemis.

M. D. Sumat omni hora cochlearia duo.

CLASSIS SEXTA ATTENUANTIUM.

ATTEN. ABSTERSIVA RESOLVENTIA.

BARDANA.

873. DECOCTUM

In arthritide, & lue venerea aperiens, reſolvens, amarum.

℞. *Rad. Bardan. contuſ.* unc. I.

Coque in ſ. q. aquæ vel cereviſiæ tenuis per quadrantem horæ, ſub finem adde

Cort. ligni ſaſſafras unc. ſemis.

Stent adhuc in digeſtione: Colat. libr. II. adde

Syrup. rad. 5. aperient. unc. II.

Sumat omni bihorio vaſculum.

874. EMULSIO

Diuretica in nephritide, laxatis viis, pellens.

℞. *Sem. Bardanae* unc. ſemis.

Aq. petroſelini libr. I.

Ut F. lege artis emulſio, cui adde

Spiritus vitrioli dulc. dr. II.

Succi milleped. unc. ſemis.

Vini auſtr. montani unc. III.

Syrup. mannat. unc. ſemis.

M. & exhibe, ut ſumat omni hora cochlearia duo, pro potu ordinario bibat Decoctum Althaeae.

EBU-

EBULUS.

875. HAUSTUS

Pro Hydropico hydragogus.

℞. *Succi cort. med. ebuli*
Syrup. de ſpina cervin. ana unc. ſemis.

D. pro doſi.

876. ALIUS

Fortior in eodem caſu.

℞. *Succi cort. med. ebuli* unc. I.
Syrup. de ſpina cervin. unc. ſemis.
Aq. ſtillat. ebuli unc. II.

Exhibe.

877. VEL

℞. *Succi cort. med. ebuli* unc. I.
Liquor. terrae foliat. tartar. dr. I.
Syrup. de ſpina cervina unc. ſemis.
Aq. ſtillat. foenicul. unc. III.

D. pro doſi.

878. VEL

Hydragogo-diureticus in eodem caſu.

℞. *Succi cort. med. ebuli* unc. I.
Liquoris terrae foliat. tart. dr. II.
Roob Juniperi
— *Ebuli* ana unc. ſemis.

M. Sumat omni hora cochlear.

879. DECOCTUM

Aperitivum deobſtruens in ictero, morbo hypochondriaco, præmiſſis præmittendis.

℞. *Cort. capparidis*
— *Tamariſci* ana unc. ſemis.
Rad. curcumae
— *ebuli* ana dr. II.

Coque in ſ. q. *ſeri lactis:* Colat. libr. II. adde
Terrae foliat. tartar. dr. II.
Syrup. Rad. 5. aperient. unc. II.

D. Sumat omni bihorio vaſculum.

880. FOMENTUM

Ad contuſiones, extravaſata, tumores frigidos diſcutiens, ſtimulans, antiſepticum.

℞. *Herbae rutae* manip. I.
Fol. ebuli manip. II.
Summitat. abſinth. manip. ſemis.
Salis ammoniac. dr. I.
Tart. emetic. gr. II.

Coque in ſ. q. *vini & aceti:* Colat. lib. II. adde
Spiritus vini camphorat. unc. II.

D. uſui.

881. CATAPLASMA

℞. *Reſidui praecedent. in cataplasma cocti* q. ſ. adde
Spiritus vini camphorat. q. ſ.

Calide applicetur.

FUMA-

FUMARIA.

882. CEREVISIA

Medicata in lepra, ſcorbuto, arthritide ſanguinem depurans amara.

℞. *Herb. Fumar.* manip. IV.
— *Beccabung.* M. II.
Rad. raph. ruſtic. raſi unc. V.

Conciſas contuſas ſpecies include nodulo, & in cereviſiæ recentis nondum fermentatæ doliolum menſurarum X. XV. infunde. Cereviſiam fermentatam bibat pro lubitu.

883. ELECTUARIUM

In ictero, & morbis hepatis.

℞. *Conſerv. fumariae* unc. I.
Extract. fumariae unc. ſemis.
Terrae foliat. tartari dr. II.
Syrup. fumar. q. ſ.

ut fiat Electuarium. Sumat ter de die ad nucis juglandis magnitudinem.

SAPONARIA.

884. DECOCTUM

In viſcerum abdominalium obſtructionibus, ictero, febribus intermittentibus amarum.

℞. *Herb. Sapon.* unc. ſemis - I.
Cort. median. Sambuc. dr. I.

Coque in ſ. q. *ſeri lactis* per quadrantem horæ, ſub finem infunde
Centaur. minoris pug. III.
Cinnamomi dr. I.

Colat. libr. I. adde
Tartar. ſolubil. dr. I.
Syrup. Rad. 5. aperient. unc. I.

M. ſumat omni bihorio vaſculum.

885. ALIUD

In Aſthmate, & morbis pectoris mucoſis, catarrhalibus, fluore albo, aliis.

℞. *Rad. ſaponar.* unc. ſemis.
Coque in ſ. q. *ſeri lactis*, ſub finem adde
Summitat. hyſſopi manip. ſemis.
Stent adhuc in digeſtione. Colat. libr. I. ſemis adde
Stibii diaphoret. non ablut. dr. I.
Oxymellis ſquillitici
Syrup. balſam. ana unc. I.
M. Sumat, ut prius.

886. LAVAMENTUM, INJECTIO

Ad fiſtulas, ulcera ſordida.

℞. *Herb. Saponar.* manip. ſemis.
Rad. Saponar.
— *Gentianae* ana unc. ſemis.
Coque in ſ. q. aquæ per quadrantem horæ: Colat. libr. I. ſemis adde
Oxymellis ſquillitici unc. I. ſemis.
D. pro lavamento, vel injectione.

887. PULVIS

In Epilepſia proficuus.

℞. *Pulv. ſemin. ſaponariae* ſcrup. I.
F. tales No. VI.
D. Sumat de die pulveres duos.

SEDUM MINUS.

888. SUCCUS, CATAPLASMA

Ad cancrum exulceratum, ubi etiam cicuta non profuit.

℞. *Sedi minor. flore albo* q. ſ.
ut vel exprimatur ſuccus, vel contundatur in cataplasma parti applicandum.

SEM-

SEMPERVIVUM.

889. COLLUTORIUM

In aphthis.

℞. *Sempervivi major.* unc. ſemis.
Raparum unc. I.

Coque in ſ. q. aquæ per quadrantem horæ, Colat. libr. I. expreſſæ adde
Mellis roſae. unc. I.

D. uſui.

890. DECOCTUM

In alvi profluviis putridis antiputridum roborans, præmiſſis præmittendis.

℞. *Sempervivi major.* unc. ſemis.
Flor. roſar. rubr. manip. ſemis.

Coque in ſ. q. aquæ per quadrantem horæ: Colat. libr. I. adde
Spiritus vitrioli gutt. XX.
Syrup. berber. unc. I.

D. Sumat omni hora, vel bihorio vaſculum.

891. LINIMENTUM

Ad papillas mammarum inflammatas, dolentes, ut & gingivas, & alias partes.

℞. *Succi Sempervivi maj.* dr. II.
Pulv. gummi arabici dr. I.

Subigantur, ſubactis intertere
Unguenti camphorat. alb. dr. I.

M. & exhibe.

892. VEL

℞. *Succi Sempervivi maj.* dr. I.
Pulv. gummi arab.
Ceruſſae venet. ana dr. ſemis.
Butyri cacao parum

ut fiat linimentum. Detur uſui.

SONCHUS.

893. DECOCTUM

In viſcerum obſtructionibus amarum deobſtruens.

℞. *Herb. Sonchi* manip. I.
Rad. Saponar. unc. ſemis.
Coque in ſ. q. aquæ per quadrantem horæ, Colat. libr. I. adde
Roob Mororum unc. I.
D. uſui.

S A P O N E S.

BILIS ANIMALIUM.

894. PILULAE

Solventes, deobſtruentes, ſtimulantes in glutinoſo ſpontaneo, languida a cauſis frigidis digeſtione, in bilis defectu &c.

℞. *Bilis taur. inſpiſſ.* dr. II.
Sapon. venetae dr. I ſemis.
Pulv. rad. ari dr. I.
Olei tart. per deliq. q. ſ.
ut F. pilulæ gr. III. Sumat omni quadrihorio III.

895. ALIAE

℞. *Extract. abſinth.* dr. II.
Bilis taurin. inſpiſſ.
Pulv. Myrrh. ana dr. I.
Liq. terrae foliat. tart. q. ſ.
ut F. pilulæ gr. III. Sumat omni quadrihorio tres.

896. BOLUS

In iisdem caſibus.

℞. *Extract. abſinth.*
Bilis taurin. inſpiſſ. ana gr. XV.
M. F. Bolus & dentur tales II. Obvoluti ſumantur.

897. HAUSTUS

In Epilepſia a vermibus.

℞. *Bilis bovin. inſpiſſ.* dr. I.
Vini Gallici unc. I.
Detur pro doſi, & dentur tales de die duæ.

SAPONES

Artefactos vide Tom. III.

ATTENUANTIA ANTI-SCORBUTICA.

ALLIUM.

898. VINUM

Diureticum in iſchuria, tum antinephriticum in ſabulo, calculo.

℞. *Allii*
Millepedum ana unc. ſemis.
Rad. Ruſci dr. III.
Eſſent. abſinth. ſimpl. unc. I.
Vini albi boni libr. I.
Species contuſæ infundantur frigide, & de infuſione poſt decem horas colatur vaſculum, quod pro re nata ſæpius repeti poteſt, de die novo vino ſuperaddito.

899. ALIUD
In Hydrope.

℞. *Allii* unc. I.
Milleped. vivor. unc. ſemis.
Iridis noſtratis dr. III.
Cort. ſaſſafras dr. II.
Vini albi libri II.
Spiritus vitrioli dulc. unc. ſemis.

Fiat infuſio, ut prius.
Sumat ter de die vaſculum unum.

900. ALIUD
In eodem caſu.

℞. *Cinerum geniſtae* unc. I.
Lap. cancror. aceto roſac. ſatur. unc. ſemis.
Allii
Raphan. ruſtic. contus. ana dr. II.
Vini albi montan. libr. II.

Infunde ut prius. Uſus eſt idem.

901. ALIUD
In Podagra.

℞. *Allii* unc. I.
Herb. Chamaepit.
Summitat. abſinth. ana M. ſemis.
Rad. ſaponar. dr. III.
Seri lactis vinoſ. libr. II.

Infunde ut prius. Uſus idem.

902. SPIRITUS
Penetrans, diſcutiens, carminativus in tympanitide.

℞. *Spiritus frument.* libr. I.
Allii contus. unc. II.
Camphorae dr. II.

Hoc abdomen ſaepe perfricetur.

903. UN-

903. UNGUENTUM

In eodem caſu.

℞. *Elixir. alliati* unc. ſemis.
Camphorae dr. I.
Solutis adde
Unguent. agryppae unc. I.
— *de arthanit.* unc. ſemis.
M. D. ut ter de die abdomen illiniatur. Dum interne ſumit ſequens.

℞. *Elixir alliati* unc. ſemis.
Liquor. anodyn. min. dr. II.
Eſſent. carminativ. dr. I ſemis.
M. ſumat ſæpius parvum cochlear Coffee.

ALLIARIA.

904. FOMENTUM, CATAPLASMA

Antiſepticum in gangræna.

℞. *Cort. peruv. pulv.* unc. I.
Coque in ſ. q. *vini*, ſub finem adde
Herb. Alliariae contus. manip. II.
Summitat. abſinth. manip. I.
Colat. libr. I ſemis adde
Salis ammoniac. dr. II.
D. uſui, ut lintea intincta liquori calido parti applicentur vel
Reſiduo contuſo in cataplaſmatis conſiſtentiam adde
Salis ammoniaci dr. I.
Spiritus vini camphor.
Aceti fortiſſ. ana dr. I.
Applicetur Cataplaſma.

BECCA-

BECCABUNGA.

905. INFUSUM

In reſerandis viſcerum obſtructionibus, & ictero, & ſcorbuto.

℞. *Herb. Beccabungae* manip. I ſemis.
— *Cochleariae* manip. ſemis.
Pulpae pomor. auran. acido dulc. No. II.
Infunde in ſ. q. *ſeri lactis* & ad cineres macerentur: Colat. libr. I ſemis expreſſæ adde
Syrup. ſcelotyrb. unc. I.
D. uſui, ut mane abſumat.

906. JUSCULUM

Sanguinem depurans aperiens.

℞. *Cichorei totius* unc. ſemis.
Beccabungae manip. ſemis.
Conciſa incoquantur
Jur. carnium q. ſ.
Sumat matutino tempore.

CEPA.

907. CEREVISIA

In calculo, præmiſſis præmittendis.

℞. *Bulb. Cepar.*
Allii ana unc. ſemis.
Millepedum unc. I.
Infunde in ſ. q. *Cereviſiae:* Colat. libr. I. expreſſa D. ut ſumat omni bihorio vaſculum.

908. CATAPLASMA

Maturans bubones.

℞. *Bulb. Cepar.* unc. V.
Coque in ſ. q. *lactis* in conſiſtentiam Cataplasmatis, cui adde, ſi vis
Unguent. baſilic. unc. I.
M. & applica.

COCHLERIA.

909. DECOCTO-INFUSUM

In ſcorbuto lento in putridum vergente.

℞. *Herb. acetos.* unc. I.
Coque in ſ. q. *ſeri lactis* per quadrantem horæ: ſub finem adde
Herb. Cochlear. recent. manip. I.
Colat. libr. I. ſemis adde
Succi citri unc. II.
Syrup. ſcelotyrb. unc. I.
M. Sumat omni bihorio vaſculum.

910. SUCCUS

In eodem caſu.

℞. *Herb. Cochlear.*
— *Acetos.* ana q. ſ.
ut exprimatur ſuccus unc. VI. l. a. depurato, aut ſolum colato adde
Spiritus cochleariae unc. I.
Vini boni montan. libr. I.
Syrup. berberum. unc. II.
M. Sumat ter de die vaſculum majus.

911. ALIUS

In Iſchuria, Calculo, Hydrope &c.

℞. *Herb. Cochlear.* manip. I.
Bulbor. allii unc. ſemis.
Conciſis contuſis adde
Vini montan. auſtr. unc. V.
ut exprimatur ſuccus, per chartam filtrato adde
Spirit. vitriol. dulcis
Eſſent. pareirae brav. ana dr. I.
M. Sumat omni bihorio cochlearia duo.

912. ELECTUARIUM

In ſcorbuto lento.

℞. *Conſerv. Cochleariae* unc. ſemis.
Extract. fumar. dr. III.
Trifolii fibrin. dr. II.
Tinctur. tart. cum aurant. dr. I.
Mellis q. ſ.
ut F. electuarium, de quo ſumat ter de die ad nucis juglandis magnitudinem.

913. COLLUTORIUM

Ad ulcera oris pro infante.

℞. *Aq. ſtill. cochlear.* unc. IV.
D. ut ſæpe os colluat, ſi poſſit, vel in ore detineat, exſpuat.

914. ALIUD

Pro adulto.

℞. *Herb. Cochlear.* manip. ſemis.
Aq. ſtill. cochlear. unc. V.
Exprimatur lege artis ſuccus, & detur pro collutorio.

915. ALIUD

℞. *Aquae Cochleariae* unc. VI.
Spiritus cochlear. unc. ſemis.

D. ut prius.

E R U C A.

916. VINUM

In paralyſi, aſthmate, hydrope, lethargo, incidens, ſtimulans, ſolvens.

℞. *Fol. Erucae* manip. ſemis.
Semin. Erucae dr. II.
Rad. gentian. dr. III.
Vini boni montan. libr. I ſemis.
Elixir ſtomach. temper. unc. I.

Contuſæ ſpecies ſtent in digeſtione frigida per ſex horas, dein liquor decantetur. Sumat omni quadrihorio vaſculum, vinum novum reaffundendo.

917. MASTICATORIUM

In defluxionibus, anginis ſeroſis, dolore dentium a cauſa ſcorbutica, in apoplexia frigida.

℞. *Pulv. ſem. erucae* dr. I.
Maſtichis q. ſ.

ut F. Maſticatoria II. quæ ore volvantur.

E R Y S I M U M.

918. CEREVISIA

In morbis pectoris pituitoſis, aſthmate humorali &c.

℞. *Herb. Eryſimi*
Summitat. Hyſſop. ana manip. ſemis.
Scillae recent. dr. I.

Conciſæ ſpecies includantur nodulo, qui ſuſpendatur ex menſuris IV. *Cereviſiae*: qua poſt duorum dierum infuſionem utatur pro potu ordinario.

919. PULVIS

In prophylaxim calculi.

℞. *Pulv. Sem. Eryſim.* dr. I.
Fiat pulvis, & dentur tales No. VI.
Sumat omni mane unum in hauſtu vini.

NASTURTIA.

920. MIXTURA

Contra ſabulum nephriticum, calculum pellens anodyna, præmiſſis præmittendis.

℞. *Aq. ſtill. naſturt.* unc. V.
Pulv. ſem. Eryſim. dr. I.
Spirit. vitriol. circulat. dulcific. dr. ſemis.
Laud. diuretic. gr. XX.
Syrup. de Erymo unc. ſemis.
M. Sumat omni bihorio cochlear unum.

921. HAUSTUS

In eodem caſu.

℞. *Aq. ſtill. Naſturt. aquat.* unc. II. ſemis.
Pulv. lap. cancror. dr. I.
D. uſui. Poſſent & lapides cancrorum acidulari, aut loco horum pulv. ſeminum Eryſimi dr. ſemis dari, ſi nullus priorem hauſtum excipiat effectus.

PORRUM.

922. DECOCTUM

Calculoſis utile, & domeſticum.

℞. *Porri* unc. II.
Coque in ſ. q. *Juſculi*, ſub finem addendo
Allii dr. II.
Stent adhuc in digeſtione, colatum juſculum libr. I ſemis ſumatur tribus vicibus.

PIPER

PIPER INDICUM.

923. VINUM

In Hydrope ſtimulans diureticum.

℞. *Allii* unc. II.
Milleped. vivor. unc. I.
Summitat. abſinth. manip. ſemis.
Piper. indici dr. I.
Cinerum geniſtae dr. III.

Contuſa, conciſa infunde in ſ. q. *vini*, ſtent in digeſtione frigida per V. horas: Colat. libr. II. exhibe, ut quater de die cochlearia duo ſumat.

SCILLA.

924. PULVIS

In anxietatibus Hydropis pectoris, & noctibus hujus morbi inſomnibus, in Orthopnœa.

℞. *Scillae recent.* gr. II.
Sacchari albiſſ. dr. ſemis.
Pulv. anodyni gr. X.

M. D. pro doſi, poteſt addita aqua & ſyrupo dari forma hauſtus, & addita converſa forma boli.

925. ELECTUARIUM

In aſthmate pituitoſo, orthopnœa incidens, etiam in hydrope utile.

℞. *Conſerv. Cochleariae* unc. ſemis.
Scillae praeparat. dr. I.
Pulv. ſemin. cumini dr. II.
Gummi ammoniac. acet. ſquillit. ſolut. dr. I ſemis.
Syrup. cochleariae q. ſ.

ut F. Electuarium. Sumat ter, etiam ſæpius de die ad nucis juglandis magnitudinem.

926. VINUM

In iisdem morbis.

℞. *Scillæ recent.* dr. I ſemis.
Summitat. hyſſop. manip. ſemis.

Infunde in libr. I. *vini boni,* ſtent in digeſtione per octo horas: Colat. adde
Aq. Cinnamomi lacteae unc. I.

Sumat omni bihorio cochlearia duo: vel poteſt cochleatim exhiberi vis Scillae ſequenti modo:

927. OXYMEL SCILLIT. COMPOSIT.

In iisdem caſibus, ne anxietates faciat.

℞. *Oxymellis ſcillit.* unc. VI.
Elixir alliat. dr. III.

M. D. Sumat cochleatim. Repetatur.

928. ACETUM SCILLIT. COMPOSIT.

In iisdem caſibus, ne faciat anxietates.

℞. *Aceti ſcillit.* unc. IV.
Elixir pectoralis dr. III.

Sumat ut prius. Repetatur.

929. ALIUD

In calculo laxatis viis diureticum pellens anodynum.

℞. *Acet. ſcillitici* unc. IV.
Spirit. vitriol. circulat. dulcificat. dr. II.
Laud. diuretic. gr. XV.

M. Sumat æger cochleatim mane & vesperi cochlearia duo. Repetatur.

930. HAU-

930. HAUSTUS

In Hydrope diureticus incidens.

℞. *Vini boni montan.* unc. III.
Aceti ſcillitici dr. II.
Tinct. martis tart. dr. ſemis.
Terrae foliat. tartari ſcrup. I.
Syrup. Cinnamomi dr. III.

D. pro doſi.

931. ALIUS

Singultientibus a cauſa mucoſa frigida.

℞. *Terrae foliat. tartar.* gr. XV.
Aceti ſcillit. dr. I.
Liquor. anod. miner. gutt. XV.
Aq. ſtillatit. menthae unc. III.
Syrup. menthae dr. II.

M. Detur pro doſi.

932. POTUS

In caſu aſſumpti œnanthes ſucco viroſo croceo veneni.

℞. *Hord. integri* unc. II.
Fol. Malvae manip. ſemis.

Coque in ſ. q. aquæ per quadrantem horæ: Colat. libr. II. adde

Oximellis ſquillit. unc. III.

S. Bibat pro lubitu.

SINAPI

933. PULVIS

Pituitam incidens in prophylaxim apoplexiæ pituitoſæ & morborum ſoporiferorum.

℞. *Pulv. ſem. ſinap.*
— *Cubeb.*
— *Cardamom.*
— *Erucae* ana ſcrup. ſemis.

M. F. pulveres inde duo.

Sumantur de die infuſo ſalviæ. Repetantur.

934. VINUM

In paralyſi ſtimulans, in Hydrope diureticum, in aſthmate, ſcorbuto incidens.

℞. *Sem. ſinapi groſſo modo quaſſ.* unc. ſemis.
Vini albi boni libr. I.

Stent in infuſione frigida per 4 horas, decantet dein omni hora cochlear, quod bibat, novum vinum ſuperfundendo. Addi poſſunt baccæ Juniperi, lauri, ſem. Carvi, Cort. ſaſſafras, prout alicui videretur.

935. UNGUENTUM

Ad tineam, & impetiginem ſtimulans, mundans.

℞. *Farin. ſem. ſinapi*
Pulp. cepar. ſub ciner. aſſat. ana dr. II.
Unguenti de Althaea unc. II.

Contere, & ſubige.

D. uſui.

936. CATAPLASMA

Rubefaciens, collo in angina inflammatoria circumponendum præmiſſis aliis, tum prius emolliente.

℞. *Fol. Malvae* manip. III.
— *Ebuli* manip. I.

Coque in ſ. q. *lactis* in conſiſtentiam Cataplasmatis, cui adde
Far. ſemin. ſinapi unc. ſemis vel I.

M. & applica. Si hoc Cataplasma velles habere actuoſius, tum cataplasmati ſupra linteum extenſo superſpergas farin. ſem. ſinapi præſcriptam.

937. VEL

℞. *Micae panis albi lacte calido macerati*
Fermenti panis ana unc. II.

Calefacta redige in formam cataplasmatis, cui linteo incluſo inſperge
Farinae ſemin. ſinapi unc. ſemis.

M. & applica.

938. ALIUD

Antiſchiadicum veſicans.

℞. *Farin. ſem. ſinapi* libr. ſemis.

Cum ſ. q. *Oxymellis ſquillitici* fiat l. a.

Cataplasma, cui calefacto, & extenſo demum ſuperſperge
Pulv. cantharith. dr. I.

Applicetur.

939. ALIUD

Surale revellendi ſcopo.

℞. *Farin. ſem. ſinapi* unc. IV.
Saponis nigri unc. II.
Salis gemmae unc. I.
Aceti q. ſ.

Ut redigantur in conſiſtentiam cataplasmatis ſuris applicandum.

940. ALIUD

Subpedale revellendi ſcopo in variolis infantum.

℞. *Farin. ſem. ſinapi* unc. IV.
Fermenti panis unc. III.
Aceti, vel Oxymell. ſcillit. q. ſ.

Ut fiat C. calefactum plantis pedum applicandum.

941. ALIUD

Pro adultioribus.

℞. *Fol. Rutae recent.* unc. I.
Ferment. panis unc. III.
Salis gemmae unc. II.
Farin. ſem. ſinapi unc. V.

Contuſis calefactis adde
Lixivii cinerum q. ſ.

Applicetur.

TRI-

TRIFOLIUM FIBRINUM.

942. INFUSUM

Antarthriticum, antipodagricum amarum incidens ſaponaceum.

℞. *Trifol. fibrini recentis* unc. I.
Chamaepit. manip. ſemis.

Infunde in ſ. q. *ſeri lactis* calidi per medium horæ: Colut. expreſſæ libr. II. adde
Syrup. enulae camp. unc. II.

D. omni bihorio vaſculum. Si infuſum per expreſſionem nimis nauſeoſum evaderet, omitti poterit expreſſio, & ſolum depurari, licet ſic ſit longe efficacius remedium.

943. SUCCUS

In eundem ſcopum, & morbis obſtructionum, & aſthmate hypochondriaco, & ſcorbuto.

℞. *Succi expreſſi & depurati Trifol. fibrin.*
— *aurant. acido-dulc.* ana unc. III.

Abſumat mane cochleatim, vel in ſero lactis. Repetatur per plures dies.

944. PILULAE, ELECTUARIUM

In iisdem caſibus.

℞. *Extract. Trifol. fibrin.* dr. III.
Saponis veneti dr. II.
Chamaepit. dr. I.

Ut F. pilulae gr. III. Sumat ter de die IV.

Si vis Electuarium, adde
Conſerv. Trifol. fibrin. unc. ſemis.
Eſſent. pini dr. I.
Syrup. Cinnamomi q. ſ.

Ut fiat Electuarium, de quo ſumat bis de die ad nucis juglandis magnitudinem.

945. MIX-

945. MIXTURA

In Aſthmate hypochondriaco extra paroxiſmum reſolvens incidens.

℞. *Aq. ſtillat. Hyſſop.* unc. V.
Extract. trifol. fibrin.
Eſſent. trifol. fibrin. ana dr. I.
Liquoris viſceralis unc. ſemis.
Syrup. mannat. unc. I.

M. Sumat omni bihorio cochlearia duo.

946. VEL

In eodem caſu ſalina magis.

℞. *Liquoris viſceral.* unc. ſemis.
— *terrae foliat. tart.* dr. I ſemis.
Eſſent. trifol. fibrin.
Extract. trifol. fibrin. ana dr. I.
Aq. ſtillat. Hyſſop. unc. VIII.
Syrup. de Eryſimo unc. I.

M. Sumat ut prius.

ATTEN. INCIDENTIA SALINA.

SAL AMMONIACUS.

947. PULVIS

Digeſtivus ſtomachicus in languore febrium intermittentium, & glutinoſo ſpontaneo.

℞. *Salis ammoniac.* gr. XX.
Pulv. ari compoſ. gr. XV.

M. F. pulvis, & fiant tales No. VI. Sumat de die duos.

948. ALI-

948. ALIUS

Adulto aſſumendus hora ante paroxiſmum febris intermittentis in potu theato, aut juſculo.

℞. *Salis ammoniac.* dr. ſemis ſcrup. II. dr. I.
D. Sumatur pro doſi.

949. ALIUS

Incidens ad humores glutinoſos incidendos.

℞. *Salis ammoniac.* ſcrup. I.
Pulv. ſem. foenicul. dr. ſemis - I.
M. F. pulvis, pro doſi mane ſumendus.

950. SUCCUS

In dolore dentium cum defluxione.

℞. *Succi Limonior.* dr. II.
Salis ammoniaci dr. I.
Goſſypium hac ſolutione gravidum denti carioſo immittatur.

951. ESSENTIA

Antitartarea in reſolvendo, & incidendo viſcido tartareo, & concretionibus terreis.

℞. *Salis ammoniac. depur.*
Milleped. vivor. ana dr. III.
Contritis ſuperaffunde
Aq. ſtillat. cochlear. unc. I.
Digerantur in loco calido per duas horas: Colat. adde
Balſam. pareirae bravae dr. I.
Stent adhuc in Balneo vaporis per quatuor horas, demum cola. Doſis gutt. XXX. XL. C. CL. in vehiculo convenienti.

952. ALIA

952. ALIA

In iisdem caſibus ſimplicior, magis penetrans diſpoſitioni calculoſæ & podagricæ utilis.

℞. *Salis ammoniac. regener.* dr. III.
Aq. ſimplicis deſtill. dr. IX.

Loco temperato ſolvantur, ut fiat liquor, huic adde

Balſam. copaiv.
Extract. virg. aureae commixtor. ana dr. ſemis.

vel in Podagra.

Extract. gentian.
— — *chamaepit.* ana dr. ſemis.

Digerantur, ut prius in balneo Mariæ per quatuor horas. D. uſui, ut ſumat guttas quinquaginta, centum, plures, ſenſim aſcendendo ex vehiculo convenienti.

953. ALIA

In menſium defectu a glutine, & fibrarum inertia, in fluore albo, & conſimilibus morbis.

℞. *Salis ammon. regener.* dr. III.
Aq. ſimpl. deſtillat. dr. IX.

F. liquor, ut prius, cui adde

Extract. martis pomat. dr. I.
— *Hellebor. nigri*
— *Myrrhae* ana gr. XV.

Digerantur in balneo mariæ per ſex horas, Coletur, & detur uſui. Doſis guttæ XXX. & plures in vehiculo appropriato.

Præp.

Præp. SPIRITUS SALIS AMMONIACI.

954. LINIMENTUM

Nervinum in paralyſi penetrans ſtimulans, in oedemate frigido diſcutiens.

℞. *Unguenti antiparalytic.* unc. II.
Extract. ſabinae unc. ſemis.
Spirit. ſalis ammoniac. urin. dr. I.

M. F. linimentum, quo partes inungantur.

955. MIXTURA

In paralyſi, lethargo, apoplexia frigida ſtimulans, præmiſſis præmittendis.

℞. *Spiritus ſalis ammon. vinoſ.* dr. I.
Eſſent. ſaſſafras dr. ſemis.

Concutiantur, & uniantur, unitis adde
Liquoris de tribus unc. ſemis.
Aq. ſtillat. Rutae unc. VI.
Syrup. Rad. 5. aperient. unc. ſemis.

M. Sumat omni bihorio cochlearia duo.

956. COLLYRIUM

Reſolvens diſcutiens.

℞. *Spirit. ſalis ammon.* dr. I.
Aq. flor. ſambuc. unc. VII.
Aceti deſtillat. q. ſ. ut fiat ſaturatio.

D. pro collyrio.

957. GUTTULAE
In pulmonum infarctu ſine febre.

℞. *Spiritus ſalis ammon. aniſat.*
Elixir pectoralis ana dr. III.

M. Sumat ter de die XX. XXX. guttulas in vehiculo convenienti.

958. ALIAE
Anthelminticæ.

℞. *Spirit. ſalis ammon. aniſat.* dr. III.
Eſſent. abſinth. dr. I.
Aſae foetidae gr. XXV.

Concutiendo ſolvantur, ſoluta

Dentur uſui, ut ſumat ter de die guttas XX. XXX. XL. in ſaccharo, aut etiam conſerva, ſyrupo &c.

959. ALIAE
Antihyſtericæ in pituitoſis.

℞. *Spirit. ſalis ammon. ſuccin.* dr. II.
Laud. liquid. Sydenh. dr. ſemis.
Elixir uterin. ſpaſmod. dr. I.

M. D. gutt. XX. XXX. XL. in vehiculo convenienti bis, ter de die.

960. SPIRITUS MINDERERI

℞. *Sal. volatil. ſalis ammon.*
vel
Salis volatilis C. C. dr. II.

In mortario marmoreo affunde ſenſim commiſcendo
Aceti deſtillat. q. ſ.
Ut F. perfecta ſaturatio.

Datur interne ſcopo diaphoretico, diuretico in vehiculo conveniente cum regimine ad dr. I. ad III.

961. COLLYRIUM

In albugine, & aliis caſibus diſcutiens reſolvens.

℞. *Spirit. Mindereri* unc. ſemis.

Aquae communis vel

Sambuc. unc. I.

Hoc oculi foveantur, laventur ſæpius de die.

Præp. SAL DIGESTIVUS SYLVII.

962. PULVIS

Stomachicus incidens pituitam, & gluten ventriculi.

℞. *Pulv. ſalis digeſtiv. Sylv.* ſcrup. I.

— *Rad. imperator.* gr. XV.

Olei ſtill. aniſi gutt. II.

M. F. pulvis & fiant tales No. VI. Sumat de die pulveres duos.

963. ESSENTIA

Salino-amara in eodem caſu.

℞. *Liquor. ſalis digeſt. Sylvii* dr. VI.

Extract. rad. angelic. dr. I.

Digerantur in balneo mariæ vaſe clauſo per duas horas. Colat. adde

Eſſent. macis dr. I ſemis.

D. ut ſumat gutt. XXX. XL. & plures in cochleari vini, vel alio vehiculo ter de die.

Præp. FLORES SALIS AMMONIAC. MARTIALES.

964. PULVIS

In pertinaci menſium ſuppreſſione a viſcido mucoſo, in fluore albo, in ſterilitate ab eadem cauſa.

℞. *Flor. Salis ammon. martial.* gr. X.
F. pulvis, & fiant tales No. VIII.
D. Sumatur ter de die pulvis I. accedente motu, & frictione.

965. BOLUS

In iisdem morbis.

℞. *Conſervae flor. anthoſ.* dr. ſemis.
Pulv. Myrrhae gr. XV.
Flor. ſalis ammon. martial. gr. VI.
M. F. Bolus, & dentur tales plures.
Sumat tales duos de die, ſuperbibendo infuſum appropriatum.

966. PILULAE

In iisdem caſibus.

℞. *Extract. cicutae* dr. II.
— *amaricant.* dr. I.
Flor. ſalis ammon. martial. dr. ſemis.
M. F. pilulæ gr. III. Sumat bis de die tres.

Præp. SAL VOLATILE SALIS AMMONIACI SICCUM ANGLICANUM.

967. ODORAMENTUM

Siccum in animi deliquio, apoplexia pituitoſa &c.

℞. *Salis anglican. naſal.* dr. II. III.
Indatur lagenulæ, & bene claudatur.

968. ALI-

968. ALIUD

In iisdem morbis.

℞. *Salis anglican. naſalis* dr. I.
Spirit. ſalis ammon. cauſt. dr. II.

Servetur ut prius.

969. ALIUD

In iisdem caſibus in membranæ Schneiderianæ infarctu, & ſenſuum languore.

℞. *Salis anglican. naſal.* ſcrup. I.
Olei ſtill. majoranae gutt. X.

Servetur ut prius.

BORAX.

970. PULVIS, BOLUS

Antacidus, emmenagogus ſalinus ſtimulans in cauſa pituitoſa, & ſolidorum laxitate.

℞. *Borac. venet.* ſcrup. I.
Flor. ſalis ammon. mart. gr. V.
Elaeoſacchari cum olei ſabinae gutt. II. facti dr. ſemis.

M. F. pulvis, & dentur tales No. VI. Sumat duos de die aut adde

Conſerv. Meliſſ. dr. ſemis.
Syrup. cort. aurant. parum

Ut fiat Bolus. Sumat omni die duos.

971. MIXTURA CONCENTRATA

Salina in eodem caſu.

℞. *Muriae boracis* unc. ſemis.
Elixir aperitiv. dr. II.
Maſſ. pilul. Ruffi dr. I.

Leni calore agitando digerantur, ſumat bis, ter de die gutt. LX.

972. ALIAE

Spirituoſa in eodem caſu.

℞. *Elixir menſtrual.* dr. III.
— *propriet. rhab.* dr. I ſemis.
Boracis dr. I.

M. Sumat XXX. guttas ter de die in vehiculo convenienti.

SAL SEDATIVUM HOMBERGII

973. PULVIS

Deliria ſedans, pacans in febribus acutis exanthematicis.

℞. *Salis ſedativ. Homberg.* ſcrup. ſemis.
D. pulvis, & tales No. VI.
S. ut æger omni trihorio in aqua vel juſculo calido pulverem unum ſumat.

974. MIXTURA

In eodem caſu.

℞. *Aq. ſtill. flor. Pap. rhoead.* unc. VI.
Sal. ſedativ. Homberg. dr. I.
Syrup. acetoſ. citri unc. ſemis.

M. Sig. Detur omni hora cochlear. I.

NITRUM.

975. POTUS

Ordinarius æſtum febrilem temperans, antiphlogiſticus.

℞. *Nitri puri* dr. I.
Syrup. de acetoſit. citri unc. ſemis.
Seri lactis vel
Decocti hordei libr. I ſemis.

D. Sumat pro lubitu.

976. GAR-

976. GARGARISMA

In angina inflammatoria antiphlogiſticum.

℞. *Fol. Malvaé* manip. ſemis.
Nitri dr. I ſemis.

Coque in ſ. q. aquæ per quadrantem horæ: ſub finem infunde
Flor. ſambuc. manip. ſemis.
Colat. libr. I ſemis adde
Syrupi de althaea vel
Mellis ſimplicis unc. I.

D. uſui.

Nota, alias præſcriptiones Nitri hinc inde reperiri.

Præp. ARCANUM DUPLICATUM

977. PULVIS

Digerens, incidens ſalinus in muco ventriculi.

℞. *Arcan. duplitat.* gr. XX.
Salis abſinth. gr. X.

M. F. pulvis, & fiant tales No. IV. Sumat de die duos.

978. VEL

Simul acris ſtimulans.

℞. *Arcan. duplicat.* gr. XX.
Pulv. rad. ari comp. gr. X.

M. F. pulvis, & tales No. VI. Sumat duos de die.

979. GUTTULAE

In eodem caſu.

℞. *Liquoris Arcan. duplicat.* unc. ſemis.
Extracti Calam. aromat. dr. I.

Digeſta mixta exhibe. Sumat ter de die guttas LX. ex vino generoſo.

MAGNESIA NITRI.

980. PULVIS

Digere vaſis clauſis in balneo mariæ per horam: Colat. adde vel omitte

Spirit.
Syrup. } indicati

Sumat omni hora cochlearia duo.

1171. ALIUD

In nimia Hypochondriacorum triſtitia.

℞. *Lig. Santal. citr. raſ.* dr. III.
Tinct. antihypochondr. unc. ſemis.
Vini
Aquae ana libr. ſemis.

Digerantur in balneo mariæ per duas horas. D. Sumat omni hora cochlearia duo, donec appareat mutatio.

SCABIOSA.

1172. DECOCTUM

In morbis pectoris glutinoſis ſolvens.

℞. *Herb. ſcabioſ.* manip. II.

Coque in ſ. q. *ſeri lactis* per horam: Colat. libr. I ſemis adde

Salis polychreſt. dr. II.
Roob moror. unc. I.
Syrup. de Eryſimo unc. ſemis.

M. D. Sumat omni bi-trihorio vaſculum.

1173. SUC-

1173. SUCCUS

In eandem indicationem.

℞. *Herb. recent. ſcabioſ.* q. ſ.

Ut exprimatur ſuccus unc. III.

Cui adde

Oxymell. ſcillit. dr. II.

Syrup. de Hyſſopo dr. III.

M. detur pro hauſtu, & repetatur ſæpius.

1174. PILULAE

Solventes, deobſtruentes in viſcerum infarctu.

℞. *Extract. ſcabioſ.* dr. II.

Tart. tartariſat. d. I.

Oxymell. ſcillit. q. ſ.

Ut F. pilulæ gr. III.

D. ut omni trihorio ſumantur tres cum infuſo ſcabioſae.

1075. ALIAE

In ulceribus venereis.

℞. *Extract. ſcabioſ.*

— — *virg. aureae* ana dr. I.

Panaceae mercur. gr. X.

Balſam. peruv. q. ſ.

M. exacte, & fiant pilulæ gr. III. Sumat bis de die IV Superpotando infuſum ſcabioſæ.

SCORDIUM.

1176. VINUM

Alexiterium ſudoriferum contra peſtem.

℞. *Herb. recent. ſcordii* manip. ſemis.
Allii unc. ſemis.
Caryophyllor. No. IV.
Contuſa leniter infunde in
Vini generoſi libr. II.
Stent in digeſtione frigida per quatuor horas. Sumat ter de die vaſculum, addi etiam acetum poteſt.

1177. CATAPLASMA

Antiſepticum.

℞. *Herb. recent. ſcordii*
— — *Rutae* ana manip. II.
Salis gemmae dr. II.
Aceti q. ſ.
Contunde in Cataplasma vel adde
Pulv. aloes ſuccotrin. dr. II.
Tinct. antimon. tartar. q. ſ.
Contunde, miſce & redige in Cataplasma. Exhibe.

SERPENTARIA VIRGINIANA.

1178. INFUSUM

Alexipharmacum ſudoriferum in morbis malignis, ubi vires erigendæ ſunt.

℞. *Rad. ſerpentar. virg.* unc. ſemis.
Aceti vinoſi unc. I.
Aq. communis libr. I.
Infunde vaſis clauſis per horam. Colatura detur uſui, vel adde
Syrup. rad. 5. aperient. unc. I.
M.

Nota, ſi nulla præſens febris ſit, ſpirituoſis acui poſſe.

1179. ES-

1179. ESSENTIA

Alexipharmaca ſudorifera, & antiputredinoſa in febribus malignis, & acutis putridis, ubi vires excitandæ.

℞. *Rad. ſerpent. virgin. contus.* dr. I.
Spiritus vitrioli dulc. unc. I.

Digere in balneo mariæ per duas horas. Colat. adde
Oxymellis ſimpl. dr. I.

Miſce & digere. Sumat in vehiculo convenienti guttas X. XX.

SERPENTUM RADIX

Ut ſerpentaria præſcribitur.

SILER.

1180. PULVIS

In colica flatulenta carminans.

℞. *Pulv. ſem. ſiler. cret.* dr. ſemis.
Olei ſtill. anis. gutt. II.

D. pro doſi cum leni infuſo ſem. foeniculi.

1181. VINUM MEDICATUM

In eandem indicationem.

℞. *Sem. ſiler. cret. contus.* unc. ſemis.
Vini boni libr. I.

Stent in digeſtione frigida per duas, tres horas:
D. ut de hoc omni trihorio medium vaſculum bibat.

1182. HAUSTUS

Diaphoreſim promovens.

℞. *Aq. ſtill. ſambuc.* unc. IV.
Pulv. ſem. ſiler. cret. dr. I.

Stent parum vaſis clauſis in digeſtione calida: Colat. adde
Aceti ſambuc. dr. II.

Detur pro hauſtu, & mane abſumatur.

TANACETUM.

1183. MIXTURA

Sudorifera.

℞. *Aq. ſtill. Tanacet.* unc. VIII.
Elaeoſacchar. Tanacet. dr. I.
Roob ſambuc. unc. ſemis.

M. D. Sumat omni media hora cochlear, donec ſudor prodeat.

1184. ELECTUARIUM

Stomachicum ſtimulans.

℞. *Pulv. fol. tanacet.* unc. ſemis.
— *ſem. tanacet.* dr. II.
Extract. gentian. dr. I ſemis.
Syrup. cort. aurat. q. ſ.
Ut F. Electuarium.

Sumat omni trihorio ad nucis juglandis magnitudinem.

1185. ALI-

1185. ALIUD
Anthelminticum.

℞. *Pulv. ſem. Tanacet.*
— — *Abſinth.*
— — *Santon.* ana dr. II.
Oxymellis ſcillit. unc. II.
Ut F. Electuarium, vel
Sacchari ad conſiſtentiam tabulat. coct. unc. II.
Ut F. Morſuli dr. I.
Sumat omni mane drach. unam.

1186. BOLUS
In eundem uſum.

℞. *Pulv. ſem. Tanacet.* gr. XV.
Mercur. dulcis gr. III.
Mellis q. ſ.
Ut F. Bolus pro doſi ſumendus.

1187. VINUM
Emmenagogum.

℞. *Herb. Tanacet.* manip. ſemis.
Flor. Tanacet. pug. II.
Infunde in *vini* libr. I. calide per duas horas. Colatura detur uſui.
Sumat ter de die parvum vaſculum.

VERONICA.

1188. DECOCTUM
Vulnerarium detergens roborans in ulcere pulmonum.

℞. *Herb. Veron.* manip. I.
— *Hederae arbor.* manip. ſemis.
Coque in ſ. q. *ſeri lactis*, Colat. libr. I ſemis adde
Mellis roſar. unc. II.
M. Abſumat intra diem.

1189. ALIUD

In eodem caſu.

℞. *Herb. Veron.* manip. I.
— *Botryos*
— *Hederae arbor.* ana manip. ſemis.

Coq. parum in ſ. q. *ſeri lactis* Colat libr. I. & ſemis adde

Mellis Roſar. unc. II.

M. uſus prioris.

1190. SUCCUS

In Podagra utilis.

℞. *Herb. recent. Veronicae* q. ſ.
Salis ammoniac. dr. II.

Ut exprimatur ſuccus unc. VIII.

D. ut vaſculatim abſumat, ſuperbibendo infuſum Veronicæ.

VINCETOXICUM.

1091. INFUSUM

Diaphoreticum ad miasma in ſanguine vagum expellendum.

℞. *Rad. Vincetox.* unc. ſemis.

Infunde in libr. I. aquæ fervidæ: Colat. refrigerat. adde

Aceti ſimplicis unc. I.
Roob Sambuc. unc. II.

M. D. ut omni trihorio vaſculum ſumat.

1192. CATAPLASMA

Diſcutiens, reſolvens in tumoribus duris glandularum.

℞. *Folior. Vincetox.* manip. II.
Tinct. metall. q. ſ.

Contunde in conſiſtentiam cataplasmatis. Imponatur parti.

1193. LAVAMENTUM

Ulcera ſordida depurans.

℞. *Rad. vincetox.* unc. I.

Infunde in libr. I. *lixivii* diluti, digere in balneo vaporis per horam: Colat. adde
Sapon. venet. unc. I.

D. ut ulcera ſæpius hoc liquore eluantur, & calide foveantur.

SUDORIF. ARTEFACTA.

FULIGO.

1194. PILULAE

Antihyſtericæ.

℞. *Fuliginis*
Aſae foetidæ.
Extract. rutae ana dr. I.
Liq. anod. miner. q. ſ.

Ut F. pilulæ gr. III.

Sumat quatuor, ter de die.

1195. ALIAE

Incidentes, ſtimulantes in Leucophlegmatia, Hydrope.

℞. *Fuligin.* dr. II.

Extract. gentian. dr. ſemis.

Sapon. venet. dr. II.

Terbinth. q. ſ.

M. F. pilulæ gr. IV. ſingulæ.

D. ut æger ſumat ter de die pilulæ III.

1196. ALIAE

In retropulſa ſcabie utiles.

℞. *Fuliginis* dr. II.

Flor. Sulphuris dr. I.

Camphor. gr. VI.

Balſam. peruv. q. ſ.

M. F. pilulae gr. III. Uſus priorum cum infuſo calido ſalviæ.

1197. MIXTURA

In materia morboſa retropulſa.

℞. *Acet. deſtill.* unc. IV.

Spiritus fuliginis dr. II.

Camphorae gr. XV.

Soluta ex arte exhibe. Sumat aliquoties cochlear I. Superbibendo infuſum ſambuci.

1198. ES-

1198. ESSENTIA

Antiaſthmatica, & antihyſterica in cauſa pituitoſa.

℞. *Gummi ammoniac.*
Aſae foetid. ana dr. ſemis.
Spiritus fuliginis unc. I.
Laud. liquid. Sydenh. gutt. XX.

Vaſe bene clauſo digerantur in balneo vaporis per mediam horam. Sumat in vehiculo convenienti guttas XX. XXX. XL. pro doſi, & ſi opus aliquoties de die.

OLEA EMPYREUMATICA.

OLEUM ANIMALE DIPPELII.

1199. GUTTULAE

Sudoriferae penetrantes ſtimulantes in morbis vaſorum minimorum pituitoſis.

℞. *Olei animal. Dippel.* gutt. X.
Spiritus fuliginis dr. I.
Tinctur. tart. ſimpl. dr. II.

M. & exhibe.

Sumat guttulas XXX. Superpotando potum theatum calidum.

PHOSPHORUS.

1200. BOLUS

Diaphoreticus antiarthriticus.

℞. *Theriacae* dr. ſemis.
Phoſphori gr. V.

D. Superbibendo infuſum Chamæpit.

Alia vide in MATERIA MEDICA.

CLASSIS NONA
EVACUANTIUM.

II. DIURETICA.

ALKEKENGI.

1201. DECOCTUM

Diureticum.

℞. *Baccar. contus. alkekeng.* unc. ſemis.

Coque in ſ. q. aquæ per quadrantem horæ, Colat. libr. I ſemis adde
Terrae foliat. tart. dr. I.
Syrup. de acetoſitat. citri unc. I.

D. S. ut vaſculatim ſucceſſive abſumatur ambulando in aëre frigidiusculo, verbo, aptum eſt adhibendum regimen ad diureſim.

1202. INFUSUM

In renum calculo utile.

℞. *Baccar. contus. alkeking.* unc. II.

Infunde in *vin.* & *aq. fragor.* ana libr. I. per horam: Colat. adde
Roob cynosbat. unc. I.
Syrup. fragor. unc. I.
Spirit. ſal. dulc. dr. ſemis.

M. D. ut omni hora dimidium vaſculum ſumatur.

ASPA-

ASPARAGUS.

1203. DECOCTUM

Solvens diureticum.

℞. *Rad. aſparag.*
— *Foenicul.* ana unc. ſemis.

Coque in ſ. q. aquæ: Colat. libr: I. adde
Salis polychreſt. dr. I.
Syrup. Rad. 5. aperient. unc. I.

M. D. Sumat omni hora vaſculum.

BETULA.

1204. SUCCUS

Antiſcorbuticus deobſtruens, diureticus, etiam in morbis cutaneis valens.

℞. *Succi Betulae* unc. VI.

Sumat pro doſi, repetatur ſingulis diebus per ſeptimanam.

1205. BALNEUM

Contra ſcabiem pruriginoſam, & alios morbos cutaneos pertinaciores.

℞. *Fol. juniorum Betulae*
Cort. Ramuſculor. ana libr. IV.

Conciſa infunde in
Lixivium cinerum fervent. menſur. X.

Digere ad ignem per quatuor horas, dein inſtruatur balneum plenum affuſione.
Aq. danubialis vel
Alterius ſaponicae q. ſ.

CUR-

CURCUMA.

1206. INFUSO-DECOCTUM

Incidens ſolvens in hypochondriacis, in icte-ricis diureticum, in urinæ difficultate, & morbis renum, etiam Hydrope.

℞. *Rad. Curcumae* unc. I.
Salis polychreſt. dr. III.
Seri lactis libr. I ſemis.

Infunde ad cineres calidos per horam, dein ultimo ebulliant: Colat. adde
Roob ſambuc. unc. I.
Syrup. rad. 5. aperient. unc. I.

D. uſui. Sumat omni trihorio vaſculum.

1207. VEL

℞. *Rad. Curcumae contus.*
Tinct. martis tartar. ana unc. ſemis.
Vini boni unc. IV.

Digerantur in balneo vaporis per horam, dein adde *Seri lactis* libr. I ſemis.

Digerantur adhuc per quadrantem horæ. Colat. exhibe vel adde
Syrup. rad. 5. aperient. unc. I.

Sumat bis de die vaſculum.

ERYNGIUM.

1208. INFUSUM

In prophilaxim calculi.

℞. *Rad. Eryng. contus.* unc. ſemis.
Salis ammon. dr. I.
Seri lactis libr. I.

Infunde ad cineres calidos, Colat. adde
Syrup. diaſereos unc. I ſemis.

D. ut de die abſumat.

EUPA-

EUPATORIUM.

1209. THEE

In obſtructionibus viſcerum ex morbis acutis, intermittentibus, in ictero.

℞. *Fol. Eupator.* Manip. I.
Anis. ſtellat. dr. I.

Conciſas exhibe ſpecies pro Thée, ſumat cum melle.

1210. SUCCUS

In iisdem caſibus, etiam ſcorbuticis morbis.

℞. *Fol. recent. Eupator.*
— — *Cochlear.* ana q. ſ.

Ut exprimatur ſuccus unc. IV.

D. uſui. Sumat per ſeptimanam omni die mane ſimilem doſim, quam etiam ſero lactis diluere poſſet, ſi nimis nauſeoſa ſit, vomitum aut purgationem faciat.

1211. INFUSUM

Antihydropicum, etiam in morbis cutaneis valens, & viſcerum obſtructionibus.

℞. *Fol. Eupator. concis.* dr. II.
Rad. Eupator. concis. dr. I.
Curcumae dr. I ſemis.
Liquoris de tribus unc. II.
Seri lactis unc. VIII.

Incluſa vaſe clauſo digerantur in balneo vaporis per duas horas: Colat. expreſſæ adde
Syrup. de duabus radic. unc. I ſemis.

M. Sumat bis de die cochlearia duo, etiam plura, ſi ita videtur.

FOENI-

FOENICULUM.

1212. PULVIS

Carminans, incidens in debilitate, & mucoſitate primarum viarum.

℞. *Pulv. ſem. foenicul.* dr. ſemis.
Olei ſtill. foenicul. gutt. II.

M. F. pulvis, & fiant tales No. VI.

D. Sumat æger pulveres tres de die cum infuſo rad. fœniculi.

1213. VINUM MEDICATUM

Incidens, ſtimulans in morbis pectoris pituitoſis absque febre.

℞. *Sem. foenicul.* unc. ſemis.

Infunde in libr. I. *vini boni* per VIII. horas frigide, cui adde

Syrup. de Hyſſopo unc. I.

D. S. ut æger interdum bibat de die.

1214. ALIUD

In eundem uſum diureticum.

℞. *Sem. foenicul. contus.* dr. III.
Rad. foenicul. contus. unc. ſemis.
Salis abſinth. dr. I.

Digere in balneo mariæ in libr. I. ſemis aq. per duas horas: Colat. adde

Oxymellis ſimpl. unc. I ſemis.

M. D. Sumat, ut prius.

1215. MIX-

1215. MIXTURA

Stimulans, carminans in colica flatulenta.

℞. *Sacchari albiſſ.* dr. I.
Olei ſtill. foenicul. gutt. V.

F. l. a. Elæoſaccharum, cui adde

Aq. ſtill. foenicul. unc. VI.
Syrup. cort. aurant. unc. I.

M. Sumat omni hora cochlear.

1216. GUTTULAE

In eodem caſu.

℞. *Sacchar. alb.* dr. I.
Olei ſtill. foenicul. gutt. IV.

F. l. a. Elæoſaccharum, cui adde

Spirit. foenicul. unc. I.
Extract. Calam. aromat. dr. ſemis.

M. D. Sumat quater de die guttas XL. in vino.

1217. INFUSUM

Diureticum ad materiam morbi coctam eliminandam.

℞. *Rad. foenicul. contus.* unc. I.

Infunde in libr. I ſemis *lact. ebutyrat.* ferventis: Colat. adde

Spirit. Salis dulc. dr. II.
Syrup. rad. 5. aperient. unc. I.

M. D. Sumat omni trihorio vaſculum.

HERNIA.

HERNIARIA.

1218. DECOCTUM

In Hydrope obſtructionibus aperiens, incidens diureticum.

℞. *Herb. Herniar. recent. contuſ.* manip. I ſemis.
Cremor. tartar. unc. ſemis.
Vini tenuis albi unc. IV.
Seri lactis unc. X.

Coque per horam, ſub finem adde
Rad. foenicul. contuſ. unc. I.

Stent adhuc in digeſtione. Colaturam ſumat vaſculatim, & de die abſumat, ſi nihil obſtet.

1219. SUCCUS

In eosdem uſus, etiam arenulas renum pellens.

℞. *Herb. Herniar. recent.* q. ſ.
Fol. leviſtic. recent. unc. ſemis.

ut exprimatur ſuccus unc. IV.

Abſumat cochleatim per diem.

IRIS NOSTRAS.

1220. SUCCUS

Purgans, aliquando etiam diureticus, Hydropicis utilis.

℞. *Succi non depurat. Iridis noſtr.* dr. II. unc. ſemis I.
Vini albi unc. III.
Syrup. de ſpina Cervina dr. III.

D. pro doſi. Vel ſumat omni hora cochlear.

1221. ALIUS

Potus diureticus pro Hydropicis.

℞. *Succi non depurat. irid. noſtr.* dr. II.
— — — *Kali* dr. I ſemis.
Tinctur. martis tartariſat. dr. I.

D. uſui, ſumat guttas XXX. L. & ultra in Syrupo de duabus radicibus, ſuperbibendo infuſum diureticum.

1222. ESSENTIA

In eodem caſu.

℞. *Rad. irid. noſtr. contus.* dr. II.
Muriae ſalis Abſinth.
Liquoris visceral. ana unc. I.

Digerantur incluſa in balneo mariæ per horam. De Colatura ſumat bis, ter de die cochlear dimidium.

MEUM.

1223. ELECTUARIUM

Incidens, ſtimulans in aſthmate humorali.

℞. *Pulv. rad. Mei* unc. II.
Oxymell. ſcillit. q. ſ.

ut fiat Electuarium.

D. S. Sumat omni trihorio ad nucis juglandis magnitudinem ſuperbibendo infuſum radicis foeniculi.

1224. BOLUS

Stomachicus ad languidum pituita ventriculum.

℞. *Pulv. rad. Mei* gr. XV. XX.
Conſerv. Menthae dr. ſemis.

M. F. Bolus, & fiant tales No. IV.
Sumat mane & vesperi unum.

1225. PILULAE

Emmenagogæ a cauſa frigida mucoſa.

℞. *Pulv. rad. Mei* dr. II.
Sapon. venet. dr. I.
Extract. croci dr. ſemis.
Terebinth. q. ſ.
ut F. pilulæ gr. III.
D. Sumat tres omni trihorio cum infuſo Meliſſæ.

1226. INFUSUM

Diureticum.

℞. *Rad. Mei* unc. ſemis.
Infunde in libr. I. aquæ per horam, Colat. adde
Salis polychreſt. dr. I.
Syrup. Cochleariae unc. I.
M. D. ut omni quarta hora vaſculum ſumat.

ONONIS.

1227. DECOCTUM

In Hydrope diureticum.

℞. *Rad. ononid.* unc. I.
Tart. vitriolat. dr. I.
Coque in ſ. q. aquæ per horam: Colat. libr. I. adde
Roob juniperi unc. I.
M. D. Abſumat quatuor vicibus.

PAREIRAE BRAVAE RADIX.

1228. DECOCTUM

Diureticum in dolore nephritico, & urinæ a cauſa frigida ſuppreſſione.

℞. *Rad. Pareirae brav.* unc. ſemis.
Coque in ſ. q. aquæ: Colat. unc. XV. adde
Salis ammon. dr. I.
Syrup. ribium unc. I.
M. D. Sumat omni hora vaſculum.

1229. ALIUD
In ictero, & ulceribus veſicæ.

℞. *Rad. Pareirae brav.* unc. I.
Coque in ſ. q. aquæ, ſub finem coctionis adde
Rad. foenicul. unc. I.
Colat. libr. II. adde
Syrup. rad. 5. *aperient.* unc. I.
M. Sumat omni trihorio vaſcula duo.

1230. ELECTUARIUM
In Aſthmate humorali incidens.

℞. *Pulv. rad. Pareirae brav.* unc. I.
— — *Mei* unc. ſemis.
Syrup. de Hyſſop. q. ſ.
M. F. Electuarium.
D. Sumat omni trihorio ad nucis juglandis magnitudinem cum infuſo Hyſſopi.

1231. PULVIS
In rheumatiſmo, & podagra demulcens.

℞. *Pulv. rad. Pareirae brav.* ſcrup. II.
— — *Glyzirrh.* ſcrup. I.
M. F. pulvis, & f. tales No. VI.
Abſumat de die cum decocto Rad. Pareiræ bravæ.

PETROSELINUM.

1232. CATAPLASMA
Sugillata reſolvens.

℞. *Fol. Petroſel.* manip. I ſemis.
— *Abſinth.* manip. I.
Contunde cum urinæ ſanæ q. ſ. in cataplaſmatis conſiſtentiam, cui adde
Salis ammon. dr. I.
D. in præfixum unum.

1233. FOMENTUM

In eandem indicationem.

℞. *Fol. Petroſel.* manip. II.
Summitat. aneth. manip. ſemis.
Sal. marin. dr. II.

Infunde in *vini & aceti* ana libr. I.
D. ut lintea huic immerſa parti apponantur.

1234. MIXTURA

Diureſim movens.

℞. *Succ. recent. preſſ. petroſel.* unc. III.
Aq. ſtillat. petroſel. unc. VI.
Syrup. cochlear. unc. I.

M. D. Sumat omni hora cochlear.

1235. INFUSUM

Reſolvens, diureticum in obſtructionibus viſcerum.

℞. *Rad. Petroſel.*
— *Ononid.*
— *Foenicul.* ana unc. ſemis.

Infunde in libr. II. *ſeri lactis:* Colat. adde
Nitri puri dr. I ſemis.
Roob moror. unc. II.
Syrup. rad. 5. aperient. unc. I.

M. D. Sumat omni bihorio vaſculum.

1236. PULVIS

Stimulans, diureticus.

℞. *Pulv. ſem. petroſel.* dr. ſemis.

Detur pro doſi.
Sumat cum infuſo foliorum petroſelini, & ſi opus repetatur.

POLY-

POLYGALA AMARA NOSTRAS.

1237. PULVIS

In Phthiſi.

℞. *Pulv. polygal. amar.*
Sacchari roſac. ana ſcrup. I.
M. F. pulvis, & fiant tales No. IV.
Sumat omni mane unum, ſuperbibendo infuſum cum lacte.

1238. INFUSUM

In eodem caſu.

℞. *Polygal. amar.* dr. II.
Infundantur in libr. I. *lactis ferventis*, ſub finem parum coquantur. Sumat de hoc per vices, & abſumat de die.

RUSCUS.

1239. DECOCTUM

In nephritide calculoſa & difficultate urinæ diureticum, valet etiam in Hydrope.

℞. *Rad. Rusci* unc. I.
Coque in ſ. q. aquæ per quadrantem horæ: Colat. libr. I ſemis adde
Salis abſinth. dr. I.
Syrup. Papav. rhoeados unc. I.
D. S. ut æger omni media hora vaſculum ſumat.

1240. ALIUD

In eosdem uſus.

℞. *Baccar. Rusci* unc. I.
Uſtulentur inſtar baccarum pro Coffée, & eidem etiam inſerviant uſui.

VALERIANA.

1241. PULVIS

Solvens, anodynus in epilepſia a terrore orta.

℞. *Pulv. rad. valerian.* dr. I.

D. S. ut cum aq. Card. Benedict. uncia I. ſumat, in qua theriaca Andromachi dr. ſemis ſoluta eſt, ſumatur mane.

1242. ELECTUARIUM

In Epilepſia a retentis menſtruis utile.

℞. *Pulv. rad. Valerian.* unc. I.
Extract. Rutae dr. II.
Syrup. poeonia q. ſ.

Ut F. Electuarium, ſumat ter de die ad nucis juglandis magnitudinem.

1243. BOLUS

In convulſione, paſſione hyſterica.

℞. *Pulv. rad. Valerian.* dr. ſemis.
Olei animal. Dippel. gutt. III.
Syrup. diacodii q. ſ.

Ut F. Bolus, & fiant tales No. IV.
D. Sumat duos de die cum infuſo folior. Myrti.

1244. INFUSUM

In debilitate viſus utile.

℞. *Rad. Valerian.* unc. ſemis.
Folior. lavendul. manip. I.

Infunde in libr. I. *vini:* Colatura detur uſui.

S. ut cochleatim abſumat.

VIR-

VIRGA AUREA.

1245. DECOCTUM

Vulnerarium, balſamicum, diureticum in ulceribus viarum urinæ.

℞. *Herb. Virg. aureae*
— *Agrimoniae* ana manip. I.

Coque in anatica quantitate *aquae & lactis* per quadrantem horæ: Colat. unc. XVIII. adde
Mellis unc. III.

D. S. ut omni bihorio vaſculum ſumatur. Poteſt etiam inſervire in gargarisma, & injectionis liquorem.

1246. BOLUS

Calculum propellens.

℞. *Pulv. virg. aureae* dr. I.
Syrup. de duabus radic. q. ſ.

Ut F. Bolus, & fiant tales No. III.

D. ut omni trihorio unus cum hauſtu infuſi rad. fœniculi, aut decoct. folior. Malvæ ſumatur.

1247. PULVIS

In eandem indicationem.

℞. *Pulv. fol. virg. aureae* dr. I.
— *Curcumae* gr. X.

M. F. pulvis, & fiant tales No. III.

D. ut omni mane una doſis in vino ſumatur.

URTICA.

1248. SUCCUS

In hæmorrhagiis internis utilis.

℞. *Succi recent. preſſ. urtic. tener.* unc. VIII.

D. Sumat æger omni trihorio uncias duas.

1249. DECOCTUM

Antinephriticum.

℞. *Folior. recent. urtic.* manip. I.
Rad. Eryng. unc. ſemis.
Coque in ſ. q. aquæ per horam: Colat. libr. I. adde
Terrae foliat. tartari dr. I.
Syrup. rad. 5. aperient. unc. I.

M. D. Sumat æger omni trihorio vaſculum.

DIURETICA ANIMALIA.

MILLEPEDES.

1250. SUCCUS

In ſuppreſſione urinæ a cauſa mucoſa in calculo.

℞. *Milleped. vivor.* No. C. CC.
Spiritus vitrioli gutt. XV.
Tinct. antinephriticae dr. II.
Vin. alb. tenuis montan. unc. X.

Exprimatur l. a Succus. Detur jejuno ſtomacho cochleatim, & de die abſumatur.

1251. ALIUS

Aperiens, reſolvens in incipiente cataracta, ictero, aſthmate, ſcrophulis &c.

℞. *Milleped. vivor.* No. CC.
Rad. recent. petaſid. unc. ſem. vel
Folior. Eupatorii manip. ſemis.

Contuſis adde

Liquor. anod. miner. Hoff. dr. I.
Vini albi tenuis montan. unc. X.

Exprimatur l. a. Succus. Sumat omni hora cochlearia duo.

1252. VINUM MEDICATUM

Deobſtruens in ictero, morbo hypochondriaco, etiam in ſcrophulis, morbis oculorum, & morbis renum diureticum.

℞. *Milleped. vivor.* unc. I.
Croci auſtriaci ſcrup. I.
Vini auſtriac. boni libr. I.

Contuſa infundantur per viginti quatuor horas ſæpe vas agitando. De Colatura ſumat cochlear I. II. III. ter de die, & ſæpius.

Addi etiam poteſt in renum ſabulo, calculo,

Spiritus vitrioli dulc. ſuper alcali abſtracti dr. II.

1253. PULVIS

In incipiente Cataracta.

℞. *Pulvis milleped.* dr. ſemis.
Salis milleped. gr. XV. XX.

M. F. pulvis, ſumatur pro doſi, aut addita Conſerva, Syrupo fiat bolus.

1254. ELECTUARIUM

In eodem caſu.

℞. *Conſervae Cochlear.* unc. I.
Pulv. milleped. unc. ſemis.
Salis milleped. dr. I.
Flor. ſalis ammoniac. mart. dr. ſemis.
Mercur. dulcis gr. X.
Syrup. rad. 5. aper. q. ſ.

F. exacte invicem miſcendo electuarium. Sumat mane & veſperi dr. ſemis I.

1255. PULVIS

In cauſa mucoſa, calculo veſicæ urinariæ utilis.

℞. *Pulv. Milleped. praeparat.* dr. IV.
Irrorentur
Spirit. vitriol. vinoſ. gutt. XXXX.

Denuo exſiccentur & dividantur in doſes IV. Quarum una omni die ſumatur.

1256. MIXTURA

In eodem caſu.

℞. *Pulv. Millep. praecend. praeparat.* dr. I.
Aq. vitae Matthiol. dr. II.
Decoct. Cicer. rubr. unc. III.

M. Bibat æger calide balneo emollienti inſedens.

CLAS-

CLASSIS DECIMA

EVACUANTIUM.

III. EMMENAGOGA ET ARISTOLOCHICA.

ARISTOLOCHIA.

1257. ELECTUARIUM

Emmenagogum in mucoſa menſium ſuppreſſione, Leucophlegmatia.

℞. *Pulv. rad. Ariſtoloch. rotund.* unc. I.
Boracis venet. dr. II.
Conſerv. menthae unc. I.
Syrup. menthae q. ſ.
M. F. Electuarium.
D. Sumat omni trihorio ad nucis juglandis magnitudinem.

1258. BOLUS

In aſthmate humorali, orthopnoea incidens, ſtimulans.

℞. *Pulv. Rad. ariſtoloch. rotund.* dr. ſemis.
Extract. Angelic. gr. X.
Syrup. cort. aurant. q. ſ.
Ut F. Bolus.
D. S. ut pro doſi cum infuſo rad. Ariſtolochiæ ſumatur.

1259. ALIUS

Antiarthriticus.

℞. *Conſerv. fumar.* dr. I.
Extract. Ariſtoloch. rotund. gr. XV.

M. F. Bolus pro doſi, cum infuſo florum ſambuci ſumendus.

1260. PILULAE

In hydrope abſque febre, & putredine ſtimulantes, incidentes.

℞. *Pulv. rad. ariſtoloch. rotund.* dr. II.
Extract. ſcillae dr. I.
Salis tart. dr. ſemis,
Terebinth. q. ſ.

M. F. Pilulæ granor. III.

D. Sumat æger omni quarta hora pilulas III.

1261. PULVIS

Carnem mortuam in ulcere, aut fiſtula corrodens.

℞. *Pulv. rad. recent. Ariſtoloch. rotund.*
— *folior. ſcord.* ana dr. II.

F. pulvis ſubtiliſſimus, & dictis locis inſpergatur.

1262. EPITHEMA

Ad ulcera Cacoethe tibiæ, ut & genitalium.

℞. *Pulv. rad. ariſtoloch. long.* unc. ſemis.

Coque in ſ. q. *vini* in cataplasmatis conſiſtentiam, quod linteis exceptum ulceri applicetur.

CHA-

CHAMAEMELUM.

1263. VINUM MEDICATUM

Emmenagogum, carminans in menſium obſtructione a cauſa frigida.

℞. *Herb. Chamaemel.* manip. I.
Infunde calide in libr. I. *vini* per duas horas vaſis clauſis. Colat. exhibeatur, ut omni bihorio cochlearia duo ſumantur.

1264. CLYSMA

In eundem uſum.

℞. *Herb. Chamaemel.* manip. I.
Infunde in libra I. aquæ: Colat. adde
Extract. ſabin. dr. I.
M. Fiant inde Clysmata duo. Injiciantur.

1265. BALNEUM

In menſibus ſuppreſſis.

℞. *Herb. Chamaemel.*
— *Rutae*
— *Sabin.*
— *Matricar.* ana faſcic. III.
Infunde in ſ. q. aquæ, ut fiat ſemicupium. S. ut ægra huic inſideat.

CHAMOMILLA.

1266. CLYSMA

Dolores uteri ſpurios, colicos inteſtinorum ſopiens.

℞. *Herb. Chamomill.* manip. I.
Flor. Papav. rhoead. pug. II.
Infunde in ſ. q. aquæ ſub finem leniter coque: Colat. libr. I. adde
Olei Chamomill. coct. unc. III.
Fiant inde Clysmata duo pro neceſſitate ſubminiſtranda.

1267. IN-

1267. INFUSUM

In reſtitantibus menſibus.

℞. *Herb. Chamomill.* manip. I.
— *Menth.* manip. ſemis.

Infunde in ſ. q. aquæ per duas horas, Colat. libr. I. adde
Extract. croci gr. VIII.
Syrup. cort. aurant. unc. I.

D. S. ut omni bihorio ſumatur vaſculum.

1268. PULVIS

In eundem uſum.

℞. *Pulv. flor. Chamomill.* dr. I.
Elaeoſacchari ſabin. dr. ſemis.

M. F. pulvis pro doſi. Sumatur cum infuſo Meliſſæ.

1269. CATAPLASMA

Reſolvens, diſcutiens, anodynum in tumoribus inflammatoriis.

℞. *Herb. Chamomill.* manip. II.

Contunde cum anatica quantitate *aquae & aceti* in cataplasmatis formam. Exhibe.

MARRUBIUM.

1270. INFUSUM

Deobſtruens, attenuans in infarctu viſcerum, & hæmorrhoidibus.

℞. *Herb. Marrub.* manip. I.

Infunde in libr. I. *ſeri lactis* per horam calide: Colat. adde
Sal. polychreſt. dr. I.
Roob moror. unc. I ſemis.

D. S. Sumat æger omni trihorio vaſculum.

1271. ALI-

1271. ALIUD

In ſcopum emmenagogum.

℞. *Folior. Marrub.* manip. ſemis.

Infunde in libr. I. aquæ per tres horas calide: Colat. adde

Elaeoſacchar. rutae dr. I.

Syrup. de Praſio unc. I.

M. S. uſus prioris

1272. SUCCUS

Ad educendum pus tenax e pulmonibus.

℞. *Marrub. recent.* q. ſ.

Ut exprimatur ſuccus unc. VI. adde

Mellis virginei vel
Mellis pyrethri unc. I.

Leni calore digerantur, colentur. Sumat omni hora cochlear unum. Si nulla adeſt febris valida, mel pyrethri alteri præferendum.

MATRICARIA.

1273. INFUSUM

Anodynum in doloribus poſt partum.

℞. *Herb. Matricar.* manip. I.

— *Chamomill.* manip. ſemis.

Infunde in ſ. q. aquæ fervid. per horam. Colat. libr. I. adde

Syrup. diacod. unc. I.

D. S. ut omni quadrihorio ſumatur vaſculum.

1274. CLY-

1274. CLYSMA

In eundem uſum.

℞. *Infuſi nunc deſcript.* libr. I.
cui adde
Olei Chamomill. coct. unc. II.
D. S. pro duobus clyſmatibus.

1275. POTUS

Anodynus in eandem indicationem.

℞. *Herb. Matricar.*
— *Chamomillae* ana manip. I.
Summitat. Matricar.
Flor. Pap. rhoead. ana manip. ſemis.
Infunde in libr. II. aquæ ad cineres calidos.
D. S. ut lintea huic immergantur, & applicentur.

1276. SPECIES THEIFORMES

Ad menſes propellendos.

℞. *Summitat. Matricar.* manip. I.
Herb. Chamomill.
— *Puleg.* ana manip. ſemis.
Flor. Chamomill. pug. II.
Conciſas exhibe ſpecies pro Thée.

1277. MIXTURA

In eundem uſum.

℞. *Aq. ſtill. Matricar.* unc. X.
Tinctur. ſuccin. dr. III.
Syrup. artemiſiae unc. I.
M. detur, ut omni hora cochlear unum ſumatur.
Nota, Ut purgantia hic addi debeant, vide MATER. MEDIC.

CLAS-

CLASSIS UNDECIMA EVACUANTIUM.

IV. APOPHLEGMATISONTA

SIVE

ERRHINNA, ET PTARMICA.

Vide MATER. MEDIC.

ASARUM.

1278. PULVIS

Errhinnus in cephalalgia, & in caſu ubi materies purulenta, vel infecta in capite collecta exitum per nares moliuntur.

℞. *Pulv. rad. Aſar.*
— *Majoran.* ana ſcrup. I.

D. S. ut pauca quantitas aliquoties naribus attrahatur.

NIGELLA.

1279. PULVIS

Sternutatorius.

℞. *Pulv. ſem. Nigellae* ſcrup. ſemis.

D. ut gr. I. II. naribus ad ſemel attrahantur.

TABACUM.

1280. CATAPLASMA

Emeſim procurans, ſi æger emeticum ore ſumere nollet.

℞. *Fol. Tabac.* manip. I ſemis.
Contunde c. ſ. q. aquæ in Cataplasma.
D. ut Epigaſtrio apponatur.

1281. INFUSO - DECOCTUM

Ulcera ſordida depurans.

℞. *Fol. Tabac.* manip. I.
Infunde in ſ. q. aquæ ad cineres calidos, & unica vice coque: Colat. libr. I. adde
Aloes dr. I.
Mellis unc. I.
M. D. ut ulcera aliquoties de die abluantur.

1282. MEL TABACI Offic. introduc.

Alterans, incidens in epilepſia, & aliis morbis chronicis, tum pectoris, tum aliorum viſcerum viſcidis pituitoſis, vomitum aut alvum ſollicitans.

℞. *Fol. Tabaci* manip. ſemis.
Caryophyllor. aromat. No. III.
Aquae danubialis libr. I.
Digere vaſis clauſis in balneo mariæ per duas horas: Colat. adde
Mellis deſpumat. libr. II.
Vaſe obtecto leni igne ad ebullitionem usque coquantur in debitam conſiſtentiam.
Doſis per ſe ſcrup. ſemis, I. in mixturis dr. I. II. ſcopo alterante pro adultis. dr. II. III. doſi, ſcopo purgante, aliquando emetico.

1283. SY-

1283. SYRUPUS TABACI SIMPLEX.

Antiverminoſus.

℞. *Folior. Tabac.* manip. ſemis.
Aq. decoct. Mercurii libr. I.

Digere vaſis clauſis in balneo mariæ per duas horas: Colat. adde
Sacchari moſcovat. dicti libr. II.

F. l. a. Syrupus. Doſis junioris ætatis gutt. III. IV. V. VI. X. aliis, ut Mellis Tabaci.

1284. SYRUPUS TABACI COMPOSITUS

Vermifugus.

℞. *Fol. Tabac.* manip. ſemis.
Semin. Santon. dr. I.
Vitrioli martis ſcrup. I.
Hydromellis libr. II.

Digerantur vaſis clauſis in balneo vaporis per duas horas: Colat. adde
Sacchari q. ſ.
Ut redigantur in ſyrupum. Doſis prioris.

Sumat cum Aqua decocti Mercurii, aut alia ſtillatitia grata.

De Clyſteribus ſiccis ex fumo Tabaci vide MATER. MEDIC.

PTARMICA.

1285. PULVIS

Sternutatorius ſanguinis circulationem per pulmones accelerans.

℞. *Pulv. ptarmicae* dr. ſemis.

D. uſui, ut pauculum naribus attrahat.

SIALAGOGA

Vide in MATER. MED.

PYRETHRUM.

1286. COLLUTORIUM

In Odontalgia.

℞. *Rad. Pyrethr.* unc. ſemis.
Aceti vinoſi unc. VI.
Opii gr. III.

Digere vaſis clauſis in balneo mariæ per horam. Teneas cochlear I. in ore frequenter de die, & radicem ipſam indat denti carioſo.

1287. ALIUD

In eadem ex humorum decubitu.

℞. *Rad. Pyrethr.* dr. II.
Salis ammoniac. dr. I.
Opii puri gr. II.
Aceti vinoſi
Aq. ſtill. lavend. ana unc. II.

Digerantur ut prius, & uſui dentur eodem modo.

1288. MASTICATORIUM

Ad invitandum ſalivæ fluxum, etiam in linguæ paralyſi, & catarrhalibus defluxionibus, morbis capitis pituitoſis proficuum.

℞. *Rad. Pyrethr. baccillulos aliquot.*

D. ut ſucceſſive maſticentur.

1289. VEL

1289. VEL

℞. *Pulv. Rad. Pyrethr.*
Maſtichis ana dr. I.

F. l. a. ad ignem Maſticatoria duo. Volvat unum, & inter dentes ſubigat pro libitu.

MERCURIUS VIVUS.

1290. UNGUENTUM MERCURIALE

Externe inungendum ad curationem luis & ejus ſymptomatum.

℞. *Mercurii e Cinnab. redivivi* unc. ſemis.
Terebinth. q. ſ. ut extinguatur,
adde
Axungiae porcinae recent. unc. ſemis I.

F. l. a. diu in mortario ſubigendo unguentum, ad ignem inungantur artus vel omni die vel omni altero, tertio, octavo, prout vel ſalivationem movere velis, vel eam non elicere, doſis drachma I. dr. I ſemis pro unica affrictione, etiam major; idem poteſt fieri in morſu venenatorum animalium, ubi etiam pars affecta inungi poteſt.

1291. ALIUD

In morbis cutaneis rebellibus.

℞. *Mercur. vivi*
Spiritus Nitri
Olei olivar. ana unc. ſemis.

Digerantur ad cineres calidos, donec Mercurius ſolutus ſit, tum adde
Butyri Cacao recent. unc. ſemis.

Miſceantur, ſubigantur, ſubacta dentur uſui.

1292. MIXTURA

In morbis venereis utilis.

℞. *Mercurii vivi depurat.* dr. I.
Gummi Arab. dr. II.

Terantur invicem in mortario lapideo, addito medio cochleari aquæ roſarum, vel fumariæ, donec mercurius penitus diſpareat in mucum.

Exacte ſubactis admiſce ſenſim terendo

Syrup. Kermes. unc. ſemis.
Aq. Roſarum unc. VIII.

D. S. mane, & veſperi cochlearia duo.

1293. ALIA

Balſamica in iisdem morbis priori addenda, ſi e re videatur.

℞. *Balſam. Copaiv.*
Gumm. Arabic. ana dr. ſemis.

Subigantur invicem, exacte ſubactis adde ſenſim terendo

Syrup. Kermeſin. dr. II.
Aq. Roſarum unc. II.

Tota hæc ſolutio miſceatur cum priori, bene concuſſo vaſe dentur mane, & veſperi cochlearia duo.

1294. SOLUTIO CAUSTICA

Pro condylomatibus.

℞. *Aquae fortis* unc. I.
Mercur. vivi dr. II.
Plumb. ſimpl. dr. I ſemis.

Fiat leni calore ſolutio, qua partes tangantur.

1295. SY-

1295. SYRUPUS MERCURIALIS

Pro infantibus morbo venereo infectis.

℞. *Mercur. vivi* dr. ſemis.
Gummi Arab. dr. I ſemis.

Terantur invicem in mortario lapideo addita pauca quantitate Aquæ Roſar., donec mercurius diſpareat in mucum, ſenſim conterendo admiſce
Syrup. violarum unc. II.
Aq. Flor. Pap. Rhoead. unc. I.

D. S. pro infante cochlear Coffée mane & veſperi.

1296. PILULAE MERCURIALES

In morbis venereis.

℞. *Mercur. vivi* dr. I.
Gummi Arab. dr. II.

Terantur invicem addita pauca quantitate aquæ in mucum, bene ſubactis adde
Extract. Cicutae dr. I.
Pulveris liquirit. q. ſ.
Ut F. pilulæ gr. II.

Dentur mane & veſperi VI. pro doſi.

1297. UNGUENTUM MERCURIALE

In tumoribus induratis, & ulceribus venereis utile.

℞. *Mercur. vivi*
Gum. Arab. ana unc. ſemis.

Subigantur addito cochleari aquæ in mucum, huic admiſce
Unguenti nutrit. recent. unc. I.

M. detur uſui.

Nota, ſubinde Camphora & ſapo niger, quando tumoribus induratis, ſubinde balſamum, quando ulceribus illud adhibetur, additur.

1298. CERATUM MERCURIALE

In iisdem caſibus.

℞. *Mercur. vivi*
Gum. Arabic. ana unc. ſemis.
Subigantur addito cochleari aquæ in mucum, dein adde
Cerae liquefactae &
Butyri Cacao q. ſ.
Pro formando Cerato. Detur uſui.

1299. PILULAE

In morbis venereis.

℞. *Mercur. current.* dr. I.
Gummi Arab. dr. II.
Subactis exacte pauca aquæ quantitate adde
Extract. Lig. guajaci dr. I.
Pulv. Lig. guajac. q. ſ.
Ut F. pilulæ gr. III.
Sumantur tres pro doſi bis, ter de die.

1300. ALIAE

Antirheumaticæ, & in morbis cutaneis, & obſtructionibus vaſorum minimorum, etiam in epilepſia utiles.

℞. *Mercur. e Cinnabari rediviv.* dr. ſemis.
Terebinth. parum, ut exſtinguatur perfecte, adde
Pulv. reſin. guajac. dr. ſemis.
Extract. Chamaepyt. dr. II.
Balſami parum.
Miſce exacte, F. pil. No. LXX.
Dentur quatuor omni bihorio, ſuperbibendo infuſum Chamæpytios.

1301. VEL

1301. VEL

℞. *Mercur. e Cinnab. reſuſcit.* dr. I.
Antimon. crud. optime triti dr. II.

Diligenti & longa trituratione ſubactis adde priora. Doſis eadem.

In iisdem caſibus præſcribi poſſunt pilulæ egregiæ æthiopicæ Diſpenſatorii Edinburgenſis.

1302. ALIAE

In iisdem caſibus utiles, & in morbis venereis, & oculorum, & nervorum, & aliis.

℞. *Mercur. e Cinnabar. rediviv.* dr. I.
Cremor. tart. dr. ſemis.
Vini parum.

Triturentur in mortario marmoreo, ut mercurius ſit exactiſſime extinctus; dein adde
Pulv. reſin. guajac. dr. I.
Extract. Rutae, vel alterius dr. II.

Miſce exacte, & F. pilulæ gr. IV.

Sumat ter de die quatuor, ſuperbibendo infuſum conveniens.

1304. PASTA

In eosdem uſus.

℞. *Mercur. e Cinnabar. rediviv.* dr. II.
Cremor. tart. dr. I.
Vini q. ſ.

Ut in mortario marmoreo diu, & exacte trita ſubigantur, ſubactis terendo adde
Pulv. reſin. guajaci dr. II.
— *G. Arabic.* dr. I.
Paſtae Cacao recent. dr. VI.

F. l. a. Tabulæ dr. ſemis.

Sumat II. de die, ſuperbibendo infuſum conveniens.

1305. DECOCTUM
Anthelminticum.

℞. *Mercur. viv. depurat.* unc. II.
Aq. fontan. libr. I ſemis.
Coque ad libr. I. & aquam decantatam exhibe.
S. ut omni bihorio unciæ duæ ſumantur.

Præp. CINNABARIS ANTIMONII.

1306. PULVIS
In nervorum tremore pro adulto.

℞. *Cinnabar. Antimon.* gr. XV.
Sulph. aurat. Antimon. 3. praecip. gr. III.
Elaeoſacchari Cinnamom. dr. ſemis.
M. F. pulvis, & tales No. IV.
Dentur bini pulveres de die.

CINNABARIS FACTITIA. NATIVA.

1307. PULVIS
Diaphoreticus in morbis cutaneis utilis.

℞. *Cinnab. nativ.*
Stibii diaphor. non ablut. ana gr. XV.
M. F. pulvis, & fiant tales No. IV.
Mane & veſperi ſumatur doſis cum apto regimine.

1308. ALIUS
Antepilepticus.

℞. *Cinnabar. nativ.* ſcrup. I.
Moſchi optim. gr. X.
M. F. pulvis, & tales No. III.
S. Sumat æger ante tempus redeuntis paroxysmi ter in ſeptimana ejusmodi pulverem pro doſi.

AETHIOPS

AETHIOPS MINERALIS.

1309. PULVIS

In aſthmate humorali, Rheumatiſmo, in tumoribus glandularum, & ſcrophulis utilis.

℞. *Aethiop. mineral. igne parat.* gr. X.
Pulv. rad. Ari compoſit. ſcrup. I.

M. F. pulvis; & tales No. VI.

Sumat æger de die II. ſuperbibendo infuſum aut decoctum conveniens.

1310. ALIUS

In morbis cutaneis, ſcabie, herpete, lepra, aliis.

℞. *Aethiop. mineral. apyros* ſcrup. I.
Antimon. crud.
Lap. cancror. pulv. ana gr. VI.

M. F. pulvis, & tales No. IX.

Sumantur duo de die, ſuperbibendo infuſum calcis medicatum.

1311. ALIUS

Anthelminticus infanti non lactanti, & pueris, etiam in morbis infantum cutaneis utilis.

℞. *Aethiopis mineral.* gr. III. VI.
Sacchari roſacei ſcrup. I.

M. D. in lacte, pulte, vel melle, vel alio modo,
Superbibendo juſculum aut potum theatum.

1312. ALIUS VEL BOLUS VEL HAUSTUS

Pro pueris ſex ad 10. ann: in caſu vermium, in variolantibus tardæ puſtularum eruptionis, harum parvitate depreſſione, in caſu ulcerum manantium &c.

℞. *Aethiop. mineral.* gr. VI. ad XII.
Pulv. cort. peruv. gr. X. XX.

Miſce F. pulvis, aut cum vinculo apto bolus, aut cum liquido hauſtulus. Repetatur frequenter, etiam toto morbi decurſu.

1313. ALIUS

In tuſſi diuturna acriori, rheumatica pectoris labe tabis prænuntia, in febribus lentis ex meſenterii infarctu, in tuberoſis pulmonum affectibus.

℞. *Aethiop. mineral.* gr. XII. XX.
Sacchar. roſac. ſcrup. I.

Miſce F. pulvis, aut cum Conſerva, vel extracto Myrrh. aquoſ. Bolus, bis de die ſumendus.

1314. ALIUS

Ad ulcera venerea oris, faucium &c.

℞. *Aethiop. mineral.* dr. I.
Pulv. Cicut. ſcrup. II.
Virid. aeris gr. XV.

Miſce F. pulvis elotis ulceribus inſpergendus, vel cum melle Roſarum incorporatus penicillo inungendus.

1315. BOLUS

Anthelminticus.

℞. *Aethiop. mineral.* gr. XX.
Mercur. dulcis.
Aſae foetid. ana gr. III.
Conſerv. Roſar. rubr. q. ſ.

Ut F. Bolus.

Sumat æger tribus diebus conſecutivis unum, dein ſubjungitur purgans.

1316. PILULAE

In Rheumatiſmo, aſthmate humorali, in tumoribus glandularum, & ſcrophulis utiles.

℞. *Aethiop. mineral. igne parat.*
Extract. irid. noſtrat.
— — *Cicutae* ana dr. I.
Balſam. peruv. parum.

M. F. pilulæ gr. III.

D. ter de die quinque.

1317. INUNCTIO

Ad ulcera venerea faucium & aliarum partium; ad luxuriantes bubones venereos refrænandos.

℞. *Aethiop. mineral.* dr. III.
Mellis roſae. dr. I ſemis.
Unguent. Baſilic. vel
— — *Alterius* unc. I.

D. uſui. Ut in priori caſu penicillo ulcuscula inungantur, in poſteriori plumaceolis excepta bubonibus ſuperponatur.

Nota. De his omnibus legi mereri Doctiſſ. COTUNNIUM in ſyntagmate de ſedibus variolarum.

MERCU-

MERCURIUS PRAECIPITATUS RUBER.

1318. PULVIS

Eſcharoticus.

℞. *Mercur. praecipit. rubr.* q. opus.

D. inſpergendus loco.

1319. UNGUENTUM

Digeſtivum ad ulcera rebellia venerea.

℞. *Unguent. agripp.* vel

— — *Baſilic.* unc. ſemis.

Terebinth. dr. I.

Mercur. praecip. rubr. dr. ſemis.

M. exacte, & plumaceolis exceptum indatur ulceribus.

MERCURIUS PRAECIPITATUS ALBUS.

Nota. Præſcribi eodem modo ut prior poteſt.

1320. PULVIS

Interne ſumendus in carie oſſium.

℞. *Mercur. praecipit. albi* gr. I.

Pulv. Gummi arab. gr. V.

Sacchar. albi pulv. ſcrup. ſemis.

M. D. pro doſi. Sumat per menſem ſingulis diebus pulv. I. Secundo menſe dari pro doſi grana duo Mercurii poſſunt.

1321. PILU-

1321. PILULAE

Contra vermes cucurbitinos.

℞. *Mercur. praecip. albi* gr. II.
Scammonei gr. XII.
Reſinae Jalapp. gr. VI.
Spirit. vini q. ſ.

Ut F. pilulæ No. IX.

Sumat pro prima doſi V, & poſt horam alias.

1322. BOLUS

Ad morbos cutaneos rebelles.

℞. *Mercur. praecipit. albi* gr. I.
Sulphur. in alcohol. redact. ſcrup. I.

Miſtis adde
Conſervae fumariae dr. I.
Syrup. vel Roob alicujus parum.

F. Bolus pro doſi, & talem ſingulis diebus per ſeptimanam voret, ſuperbibendo Decoctum Bardanæ.

1323. UNGUENTUM

Ad lichenes, Scabiem.

℞. *Unguenti ad ſcabiem* unc. ſemis.
Mercur. praecipit. albi ſcrup. I. II.

Miſce exacte, & parum rebellioribus locis applica cum interno uſu ſulphuris.

MERCURIUS PRÆCIPITATUS FLAVUS S. TURBITH MINERALE.

1324. BOLI

Emeſim facientes.

℞. *Turbith miner.* gr. I.
Conſerv. Roſar. rubr. ſcrup. I.
Syrup. emet. parum.

Ut F. Bolus, & fiant tales No. VI.

Sumatur I. omni hora, donec vomitus ſequatur.

1325. VEL

1325. VEL

In Hydrophobia alterantes, aliquando emetici.

℞. *Turbith. mineral.* gr. IV.
Pulv. rad. contrajerv. ſcrup. II.
Theriacae ſcrup. I.

F. Bolus, & fiant tales No. IV.

Sumantur duo de die, ſuperbibendo infuſum ſudoriferum

1326. VEL

In eodem caſu ex Transact. philoſoph.

℞. *Turbith. mineral.* gr. XII. doſi majori.
Pulv. rad. contrajerv. dr. I.
Theriacae q. ſ.

Ut F. Bolus, & fiant tales No. III. Sumat æger I. ad noctem, ſuperbibendo ſudorifera, interponendo vomitorium, ſi a medicamento vomitus nullus.

1327. VEL

In eodem caſu ex aliis.

℞. *Turbith. mineral.* gr. VII.
Micae panis q. ſ.

Ut F. Bolus pro doſi. Sumat I. tribus diebus conſecutivis, dein per ſeptimanam bis.

1328. BOLUS

In gonorrhœis virulentis, in impetu humorum in partem.

℞. *Turbith. mineral.* gr. II.
Pulv. res. guajac. ſcrup. ſemis.
Roob Sambuc. q. ſ.

Ut F. Bolus, & tales No. VI.

Sumat æger tres de die, ſuperbibendo infuſum calidum conveniens.

1329. ALIUS

1329. ALIUS

In morbis cutaneis, lepra, glandularum colli rebellibus, obſtructionibus.

℞. *Turbith mineral.* gr. I ſemis.
Pulv. reſin. guajac.
— *ſubtiliſſ. ſulphur.* ana ſcrup. ſemis.
Extract. fumar. ſcrup. I.
Syrup. fumar. q. ſ.

Ut F. Bolus I. omni die repetendus & ſumendus cum jusculis calidis viperinis.

1330. AQUA

Cosmetica ſiccans, detergens ad puſtulas, & ulcera venerea, & alios morbos cutaneos rebelles, præmiſſis præmittendis.

℞. *Aq. elotionis Turbith miner.* unc. IV.
— *calcis tenuiſſim.* libr. ſemis.

D. uſui.

Nota, ſi validius hac aqua afficeretur, dilui poteſt Aqua ſtillatitia grata.

1331. PILULAE

Ad Tæniam.

℞. *Turbith. mineral.* gr. II.
Scammonei gr. X.
Reſinae jalapp. gr. VI.
Spirit. vini q. ſ.

Ut F. pilulæ No. IX.

Sumat æger pro prima doſi V, & poſt horam alias.

1332. VEL IDEM

Forma pulveris in eodem caſu.

℞. *Turbith. mineral.* gr. I ſemis.
Reſin. Scammon.
— *Jalappae* ana gr. VI.
Sacchari albiſſ. gr. XXIV.

Terantur, & ſubigantur in pulverem tenuem. Detur pro doſi.

MERCURIUS PRAECIPIT. VIRIDIS.

Hoc Medicamento abſtine; aut prudenter utere.

MERCURIUS SUBLIMATUS CORROSIVUS.

1333. SPIRITUS

In Morbis venereis.

℞. *Mercur. ſublimat. corroſiv.* gr. VI.
Spirit. frument. libr. I.

Solutione peracta detur uſui.

Sumat æger bis de die cochlear I. ſuperpotando Decoctum Bardanæ, aut aliud morbo conveniens.

COMPOSITA.

1334. AQUA ALUM.

Mundans detergens ulcera foetida, cutis defoedationes obſtinatas, & comprimens excrescentias fungoſas & verrucas, ſi prius fuerint ablatæ.

℞. *Aq. alum. magiſtralis Dispens.* Lugd. & Londin. q. v.

D. uſui, petiolis ubi opus imponenda.

1335. VEL

1335. VEL

Pro Lavamento.

℞. *Aqua alum. magiſtral.* unc. III.
Decocti ſaponar. vel
— *Fumar.* unc. X.

D. uſui.

AQUA PHAGEDAENICA

Uſus noti.

MERCURIUS DULCIS.

1336. PILULAE

Deobſtruentes viſcera abdominalia, & contra vermes.

℞. *Pulv. ſem. ſanton.* dr. ſemis.
Aſae foetidae ſcrup. I.
Aethiopis mineral. gr. X.
Mercur. dulcis gr. VI.
Balſam. peruv. q. ſ.

F. pilulæ gr. III.

Dentur omni mane pilulæ III. ſuperbibendo Infuſum conveniens.

1337. ALIAE

Purgantes in gonorrhœa, lue venerea, vermibus.

℞. *Pulv. rad. Jalapp.* gr. XII.
Reſinae Jalapp. gr. VI.
Mercur. dulc. gr. V.
Balſam. peruv. q. ſ.

F. pilulæ No. VIII. Dentur pro doſi.

1338. ALIAE

Sialagogæ.

℞. *Mercur. dulc.*
Terebinth. coct. ana dr. I.

F. pilulæ gr. III.

Sumat æger omni bihorio II. donec dentes vacillare incipiant.

1339. BOLUS

In eosdem uſus.

℞. *Conſerv. Roſar. rubr.* dr. ſemis.
Mercur. dulc. gr. VI.
Syrup. parum.

F. Bolus & hic ſingulis diebus repetatur, donec ptyalismus incipiat. Sunt, qui majores doſes gr. XV. XX. pro prima doſi imperent, quod non probo.

1340. PULVIS

Anthelminticus pro puero 4. vel 5. annorum.

℞. *Mercur. dulc.* gr. III.
Pulv. Rhei elect. gr. V.
— *Sem. cinae* gr. VIII.

M. F. Pulvis. Detur in melle vel ſyrupo.

1341. DECOCTUM

Deobſtruens alterans in morbis difficillimis nervorum, & venereis, etiam cum regimine ſudoriferum, & in morbis cutaneis rebellibus valens.

℞. *Raſur. lign. ſaſſafras* unc. ſemis.

Coque in ſ. q. aquæ per horam inter coquendum adde

Mercur. dulc. in alcohol levigat. dr. ſemis.
Rad. foenicul. unc. ſemis.

Remotorum ab igne & refrigeratorum fiat per inclinationem Colatura libr. I ſemis, cui adde

Syrup. Rad. 5. aperient. unc. I.

Sumat æger ter de die vaſculum cum regimine, ſi opus. Reſiduus in fundo ſubſidens Mercurius iterum ſupra porphyritem teritur, & in futuram novam decoctionem inſumitur. Si movetur ptyalismus, dabis purgans & Decoctum magis dilues, aut ab illo pro tempore abſtinebis.

PANACEA MERCURIALIS

Ut Mercurius dulcis præſcribitur.

V. EMETICA incerta.

ASARUM.

1342. PULVIS

Emeticus in glutinoſo ſpontaneo, & collu-
vie ſeroſa.

℞. *Pulv. rad. Aſari* gr. XV. XX.
Elaeoſacch. citri ſcrup. I.
M. F. pulvis pro doſi.

℞ Pulv. r. Aſar. ℈j; Tart. em. gr. j. M. F. pro doſi.

1343. ALIUS VEL BOLUS

Alterans, incidens, aperiens in ſuppreſſis a cauſa mucoſa menſtruis.

℞. *Pulv. rad. Aſari* gr. III.
— — *Ariſtoloch.* gr. X.
Boracis venet. ſcrup. I.
Miſce F. pulvis, vel cum
Conſerva trifol. fibr. dr. ſemis, vel
Mellis vel
Theriacae q. ſ.
F. Bolus, & omni die repetatur.

1344. INFUSIO

Emetica aliquando purgans.

℞. *Fol. Aſari* No. III. vel
Rad. Aſari dr. I.
Vini albi unc. IV.
Stent in infuſione calida vaſis clauſis per horam, Colaturæ adde
Syrup. de Spina Cervin. dr. II.
Exhibe pro doſi.

1345. ALIA

1345. ALIA

Diuretica alterans aperiens.

℞. *Fol. Aſari* No. III. vel
Rad. Aſari dr. I.

Coque in ſ. q. *ſeri lactis* per horam vaſis apertis, ſub finem adde

Rad. foeniculi unc. ſemis.

Digere adhuc per quadrantem horæ; Colat. libr. I. adde

Syrup. de duab. radic. unc. I.

M. Sumat omni bihorio duo cochlearia.

GENISTA.

1346. DECOCTUM

Antihydropicum, diureticum, incidens.

℞. *Summitat. floridar. geniſt.* unc. ſemis.

Coque in ſ. q. aquæ per quadrantem horæ, ſub finem coctionis adde

Rad. foenicul. contuſ. unc. ſemis.
Sem. ſinapi contuſ. unc. ſemis.

Stent adhuc in digeſtione calida per quadrantem horæ: Colat. libr. I. adde

Hydromellis unc. II.
Syrup. de duabus radic. unc. I.

M. Abſumat duabus vicibus mane & vesperi, vel ſi mavult vaſculatim omni trihorio.

1347. PULVIS, BOLUS

In ſabulo nephritico, calculo.

℞. *Pulv. ſem. geniſt.* ſcrup. I. dr. ſemis.
Detur pro doſi.

Vel

Conſervae Pap. rhoeados dr. ſemis.
Syrup. de duabus rad. q ſ.
Ut F. Bolus. Detur pro doſi, ſuperbibendo infuſum lene ramulorum Geniſtæ. Poteſt pulvis etiam dari cum melle pueris, aut in pane butyrato.

EMETICA certa, Specifica.

IPECACUANHA.

1348. PULVIS, BOLUS

Emeticus pro infante 1-2-3-4. annorum.

℞. *Pulv. rad. ipecacuanhae* gr. II.
— *Rhei eleɛ̃t.* gr. I.
D. vel
Mellis q. ſ.
Ut F. Bolus. Detur uſui.

1349. ALIUS

Pro adultiori 5. 6. 8. 10. annor.

℞. *Pulv. rad. Ipenacuan.* gr. IV.
— — *Rhei* gr. II.
M. Detur uſui.

1350. ALIUS

Pro adulto, & homine conſiſtentis ætatis.

℞. *Pulv. Rad. Ipecacuan.*
— — *Rhei* ana gr. VIII.
D. pro doſi.

1351. ALIUS

1351. ALIUS

In cauſa putrida.

℞. *Pulv. rad. Ipecacuan.* gr. VI.

— — *Rhei* gr. IV.

Cremoris tartar. gr. X.

D. pro doſi.

1352. HAUSTULUS

Pro juniori ætate.

℞. *Rad. Ipecacuanhae* gr. XV.

Hydromellis unc. ſemis.

Aq. pluvialis unc. II.

Infundantur ad cineres calidos per medium horæ: Colatura exhibeatur, vel adhuc edulcorari poteſt.

1353. HAUSTUS

Pro adulto in ſaburra acida.

℞. *Rad. Ipecacuan.* dr. ſemis I.

Salis tartar. gr. V.

Contunde, & ſubige in mortario, ſenſim addendo

Aq. fervent. unc. III.

Sub finem

Hydromellis unc. I.

Stent in digeſtione in balneo mariæ per mediam horam: Colat. adde

Aq. Naph. dr. I.

Syrup. Cinnamom. dr. II.

M. D. pro doſi.

1354. SYRUPUS

Emeticus omni ætati conveniens.

℞. *Rad. Ipecacuanhae* dr. I.
Salis tartar. gr. X.

Contuſa ſubacta emulge cum
Aq. pluviae vel
— *danubial. filtrat.* unc. V.

Adde
Aniſi ſtellat.
Cinnamom. ana gr. V.

Stent omnia in digeſtione vaſis clauſis in balneo vaporis per horam, in Colatura diſſolve
Sacchari albiſſ. q. ſ.

Ut F. Syrupus.

Cochlear unum pro doſi juniori ætati, alii omni dimidia hora I. ſumere poſſunt, donec vomant. Poteſt etiam fieri omiſſo ſale tartari, & aqua, cum vino, ut in ſequenti.

1355. TINCTURA

Emetica vel purgans.

℞. *Rad. Ipecacuanhae contus.* dr. I.
Anis. ſtellat. contus. gr. X.
Hydromellis.
Vini albi ana unc. I.

Digere vaſe clauſo in balneo vaporis per duas horas. De Colatura ſumat cochlear dimidium I. omni hora donec vomat. Pro juniori ætate additur
Sacchar. vel
Syrup. ad gratiam.

Sumitur parvum cochlear cochlear coffée.

1356. MOR-

1356. MORSULI

Emetici, aliquando purgantes.

℞. *Pulv. rad. Ipecacuan.*

— — *Rhei elect.* ana ſcrup. I.

Olei ſtill. Cinnamom. gutt. II.

Miſce exacte, & F. cum

Sacchari in aq. Cinnamom. ſoluti & ad conſiſtentiam tabulat. coct. unc. ſemis.

vel

Mucilag. Gummi Tragacanth. q. ſ.

Morſuli tres. Sumat omni hora I. donec evacuatio ſequatur, ſuperbibendo potum theatum mellitum.

1357. PULVIS

Anti dyſentericus, emeticus, aliquando purgans.

℞. *Pulv. rad. Ipecacuan.*

Cremor. tartar. ana gr. IV.

D. pro doſi, & talis bis, ter de die, ſi nulla evacuatio ſequatur.

1358. VEL

℞. *Pulv. rad. Ipecacuanhae*

— — *Rhei elect.* ana gr. III.

Cremor. tartar. gr. IV.

M. D. pro doſi, & dentur tales No. III. de die ſub eadem conditione.

1359. ALI-

1359. ALIUS

Anti dyſentericus vix emeticus, aut purgans, ſed diaphoreticus.

℞. *Pulv. Rad. Ipecacuanhae*

— *Stib. diaphor. non ablut.* ana gr. V.

Sumat æger in lecto compoſitus, ſuperbibendo potùm theatum calidum.

1360. ALIUS

Purgans pro adulto.

℞. *Pulv. rad. Jalapp.* gr. XV.

— *rad. Ipecacuan.* gr. II.

D. pro doſi. Vel adde

Cremor. tart. gr. VI.

D.

VI. PURGANTIA ſalina.

1361. HAUSTUS

Purgans pro adulto ſalinus.

℞. *Salis cathartic. amar.* vel

— *alterius purgan.* unc. ſemis I.

Solve in libr. I. aquæ & adde

Aq. naphae dr. II.

Syrup. de Cinnamom. unc. ſemis.

M. Sumatur duabus vicibus.

1362. ALIUS

Purgans pro eodem.

℞. *Salis mirab. Glaub.* unc. ſemis. I. dr. X.
Solve in *ſeri lact.* pint. I.
Aquae Cinnamom. lact. dr. III.
D. matutino tempore.

1363. ALIUS

Purgans pro eodem.

℞. *Rhei elect.* dr. ſemis.
Liq. ſalis cathart. amar. unc. I.
Eſſent. Cinnamom. gutt. XV.
Digerantur vaſe clauſo in balneo mariæ per horam. Colaturam ſumat pro doſi, vel adde
Syrup. Roſar. ſolutiv. dr. II.

1364. VEL MAGISTRALITER

In eundem ſcopum purgantem, aut alterantem, incidentem, uterinum ſuppreſſis menſtruis, fluore albo a cauſa mucoſa.

℞. *Sal. cathartic. amar.* unc. ſemis.
Aq. pluvialis unc. I.
Solutis adde
Rhei elect. contus. dr. ſemis.
Pulv. rad. Ipecacuanhae gr. II.
Eſſent. Caſſiae ligneae gutt. XII.
Per horam in balneo mariæ digeſtis, dein colatis adde
Syrup. de duabus radic. dr. III.
Sumatur pro doſi.
Vel in ſcopum alterantem uterinum adde
Infuſi ſemivinoſi petaſitidis vel
Decocti Marrub. libr. I ſemis.
Sumat æger omni bihorio vaſculum.

PURG.

PURG. LENITER ACRIA
CASSIA FISTULA.
1365. ELECTUARIUM

Antiphlogiſticum, antalcalinum omni ætati conveniens.

℞. *Pulp. Caſſiae*
— *Tamarindor.* ana unc. ſemis.
Cremor. tart. dr. II.
Syrup. mannat. dr. I.

M. Sumat dr. ſemis. dr. I. II. omni bihorio, donec purgetur ſuperbibendo juſculum, Thée &c.

1366. IDEM

Paulo aliter, & fortius reſtitantibus lochiis, & ſanguine caput petente.

℞. *Pulpae Caſſiae*
— *Tamarind.* ana unc. I.
Mannae elect. unc. I ſemis.
Cryſtall. tartar. dr. III.
Nitri puri dr. I.
Syrup. Roſar. ſolutiv. q. ſ.

Ut F. Electuarium.

Uſus prioris.

1367. ALIUD

Infantibus, pueris magis accomodat. purgans.

℞. *Pulp. Caſſiae recent.* dr. II.
Mannae elect. dr. I ſemis.
Syrup. Cichor. cum Rheo q. ſ.

Ut F. Electuarium, de quo ſumat ſcrup. ſemis I.

1368. ALI-

1368. ALIUD

Contra calculum.

℞. *Pulp. Caſſiae recent.* unc. ſemis.
Mannae elect. dr. II.
Extract. alkekongi
— — *virg. aureae* ana dr. I.
Pulv. Baccar. toſt. Ruſci dr. I ſemis.
Syrup. de duabus radicibus q. ſ.

M. Sumat omni bihorio ad nucis moſchatæ magnitudinem, ſuperbibendo infuſum uvæ urſi.

MANNA.

1369. HAUSTUS

Pro infante.

℞. *Mannae calabr.* dr. I. II.

Solve in lacte, juſculo, exhibe.

Poteſt etiam in potu Coffée exhiberi.

1370. VEL

Pro pueris adultioribus mannam nauſeantibus.

℞. *Mannae Calabr.* unc. ſemis I.

Solve in

Aq. ſtill. Ebuli unc. III.
— — *Napha* dr. I.

Adde

Pulpae Caſſiae dr. III.

Sumat per vices.

1371. VEL

1371. VEL

Pro adultis.

℞. *Aq. laxativ. diſpenſ. Vien.* unc. III.
Syrup. mannat. unc. ſemis.
D. pro doſi.

1372. VEL

Fortius.

℞. *Aq. laxativ. diſpen. Vien.* unc. IV.
Syrup. mannat.
— *de acetoſ. citri* ana unc. ſemis.
M. D. pro doſi.

1373. ELECTUARIUM

In tuſſi ſtomachica, aſthmate pituitoſo.

℞. *Mannae elect.* unc. I.
Salis ammoniac. dr. II.
Extract. Enulae
— — *pulegii* ana dr. I.
Conſerv. flor. ſalviae unc. ſemis.
Syrup. de Hyſſopo q. ſ.
Ut F. Electuarium.
Sumat æger omni trihorio ad nucis juglandis magnitudinem.

1374. LINCTUS

Pro juniori ætate in tuſſi ſtomachica & morbis pituitoſis pectoris.

℞. *Mannae elect.*
Olei amygdal. dulc. recent. preſſ.
Syrup. de Hyſſopo ana unc. ſemis.
Sulph. aurat. antimon. 3. praecip. gr. IV.
M. exacte, & ſæpe lingat.

POLY-

POLYPODIUM

1375. INFUSUM

In arthritide, Podagra.

℞. *Herb. Marrub.*
— *Chamaepyt.* ana unc. ſemis.
Rad. polypod. dr. III.
— *Jalapp.* dr. ſemis.

Conciſæ ſpecies infundantur in ſ. q. aquæ in balneo mariæ per horam: Colat. libr I ſemis adde
Syrup. rad. 5. aperient. unc. II.

S. Sumat æger omni trihorio vaſculum calide.

RHEUM

1376. SYRUPUS

Purgans, everrens meconium in recens natis.

℞. *Syrup. Cichor. cum Rheo* unc. I.

D. Sumat aliquoties parvum cochlear Coffée, donec purgetur.

1377. VEL

℞. *Syrup. Cichor. cum Rheo* unc. I.
Mellis unc. ſemis.

D. eodem modo.

1378. VEL

Doloribus præſentibus.

℞. *Syrup. Cichor. cum Rheo* unc. I.
— *Diacodii*
Mellis ana unc. ſemis.

M. Dentur omni hora duo parva cochlearia.

1379. VEL

Pro infantibus adultioribus.

℞. *Syrup. Cichor. cum Rheo* unc. I.
Mellis unc. ſemis.
Pulv. Rhei elect. gr. XX. XXX. XL.
M. D. omni hora eodem modo.

1380. VEL

Purgans acido laborantibus, infantibus, dentitientibus conveniens.

℞. *Pulv. Rhei elect.*
Magnes. Nitri ana gr. XV.
Mellis dr. II.
Syrup. Cichor. cum Rheo unc. ſemis.
M. D. cochleatim.

1381. PULVIS, SYRUPUS, BOLUS

Purgans pro pueris verminoſis.

℞. *Pulv. Rhei elect.*
— *Jalapp.*
Calomel ana gr. III.
D. pro doſi pulvis, cum Syrup. Roſar. ſolutiv. dr. II fiat ſyrupus, cum melle Bolus.

1382. PULVIS, BOLUS

Purgans antacidus pro puero, adoleſcente, adulto mucoſis.

℞. *Pulv. Rhei elect.* ſcrup. I. dr. ſemis. ſcrup. II.
Salis Abſinth. ſcrup. ſemis.
Olei ſtill. Anis. gut. I.
D. pro doſi pulvis, pro bolo adde
Syrup. Roſar. ſolutiv. q. ſ.

1383. POL-

1383. PULVIS, BOLUS

Purgans antihyſtericus pro adulta mucoſa hyſterica.

℞. *Pulv. Rhei electi.* dr. ſemis. ſcrup. II.
Salis Abſinth. ſcrup. ſemis.
Aſae foetidae
Caſtorei ana gr. II.
D. pro doſi pulvis, vel Bolus cum
Conſerv. Rutae q. ſ.

1384. HAUSTUS

Purgans pro adulto mucoſo.

℞. *Rhei electi. contus.* dr. I ſemis. II.
Salis tartar. gr. VI.
Aq. pluvialis unc. III.
Digerantur per horam in balneo mariæ, Colat. adde
Aq. naphae dr. I. vel
Liq. anod. miner. gutt. XII.
D. pro doſi.

1385. VEL

℞. *Tinct. Rhei aquoſ.* unc. I. ſemis II.
Syrup. de Cinnamom. dr. I.

Dentur hæ diverſæ doſes pro exigentia cochleatim ſumendæ, donec purgetur.

1386. MIXTURA

Concentrata incidens, reſolvens in ventriculi debilitate, muco, & inde dependentibus morbis, Hypochondriacis, & ictericis pariter conveniens, etiam fluore albo laborantibus.

℞. *Animae Rhabarbari* unc. II.
Liquor. viſceralis unc. I.
Liq. de tribus dr. II.

Exhib. Sumat æger ter, quater de die parvum cochlear.

1387. PULVIS

Roborans minus purgans in diarrhœa, Dyſenteria curationi præmittendus.

℞. *Pulv. Rhei toſt.* dr. ſemis I.
D. pro doſi, vel adde, ſi ita videtur
Olei ſtill. macis gutt. II.
Repetatur, ſi opus.

TAMARINDI.

1388. ELECTUARIUM

Purgans antiphlogiſticum acidum ſiti, calori, putredini reſiſtens.

℞. *Pulp. Tamarind.* unc. I ſemis.
Cremor. tartar. dr. II.
Nitri pur. dr. I.

M. Sumat ad nucis juglandis magnitudinem, donec purgetur, ſuperbibendo potum theatum non calidum.

1389. ALIUD

1389. ALIUD

Purgans putredini reſiſtens.

℞. *Pulp. Tamarind.* unc. I ſemis.
Pulv. Rhei elect. dr. I.
Cremor. tart. dr. II.
Syrup. Roſar. ſolutiv. parum.

Ut F. Electuarium.

Sumat ut prius.

1390. HAUSTUS

Purgans pro adulto.

℞. *Pulp. Tamarind.* dr. III.
Animae Rhabarb. dr. I.
Seri lactis unc. III.

D. pro doſi.

1391. ALIUS

Purgans pro eodem.

℞. *Tamarind.* unc. ſemis.
Salis mirab. Glaub. dr. II.
Seri lactis unc. IV.

Coque per quadrantem horæ: Colaturam exhibe pro doſi, vel adde
Liquoris viſceral. dr. I.

Nota. Serum lactis Tamarindinatum admodum convenire biloſis.

PURGANTIA Acria.

ALOE.

1392. PULVIS

Purgans pro adulto.

℞ *Aloes hepat.* ſcrup. I. dr. ſemis.
Sacchar. albiſſ. dr. II.
M. D. pro doſi.

1393. PILULAE

Purgantes, ubi ſimul revocandæ hæmorrhoides.

℞. *Aloes hepat.* dr. ſemis.
Spirit. vini q. ſ.
Ut F. pilulæ No. IX. Sumat pro doſi.

1394. ALIAE

In eundem uſum.

℞. *Aloes ſuccotrin.* ſcrup. II.
Pulv. rad. ipecacuanhae gr. IV.
Mannae elect. ſcrup. I.
M. F. pilulæ gr. III.
Dentur ſeptem pro doſi.

1395. ALIAE

In morbis Hypochondriacis ſolventes.

℞. *Aloes ſuccotr.*
Mellis
Bilis taur. inſpiſſ. ana ſcrup. I.
Sapon. venet. dr. II.
Rite ſubigantur, & fiant pilulæ gr. III. Doſis IV. omni quadrihorio.

1396. ALIAE

1396. ALIAE

In obſtructione cum adſtrictione alvi.

℞. *Sapon. venet.* dr. I.
Bilis inſpiſſat. dr. ſemis.
Aloes ſuccotr. ſcrup. I.
Olei tart. per deliq. q. ſ.

ut F. pilulæ gr. III. Sumat omni trihorio III. ſuperbibendo infuſum, aut Decoctum conveniens.

1397. ALIAE

Uterinæ in ſuppreſſis menſtruis utiles.

℞. *Aloes ſuccotr.* dr. ſemis.
Myrrhae elect. dr. I.
Extract. Croc. ſcrup. I.
— — *Martis pomat.* dr. ſemis.
Balſam. peruvian. q. ſ.

Ut F. pilulæ gr. III.

Doſis omni trihorio tres.

1398. PULVIS

Ad ulcera ſordida verminoſa, etiam oſſa carioſa.

℞. *Pulv. Aloes hepat.* dr. I.
— *Myrrhae* dr. ſemis.

D. uſui. Plumaceoli in tincturam Aloes immerſi hoc pulvere aſpergantur, & imponantur. Dum oſſibus carioſis ſolum inſpergendus venit, actuari poteſt.
Olei ſtill. Caryophyll. gutt. II. vel
Mercur. ſublimat. corroſiv. gr. VI.

1399. INJECTIO
In fiſtulas antiſeptica detergens alcal. balſamica.

℞. *Aloes*
Myrrhae.
Mellis ana dr. I.

Bene tritis affunde terendo
Tinct. Balſam. unc. I.
Lixivii Cinerum unc. X.

Subacta exhibe, ut injiciantur.

1400. ALIA
Ejusdem virtutis acida.

℞. *Aloes.*
Myrrhae.
Ambar. liquid. ana dr. I.
Aceti ſquillit. unc. II.

Bene trita digerantur in balneo vaporis per horam, ſub finem adde
Phlegmatis vitriol. acid. unc. X.

Digerantur adhuc, filtratus liquor ſit uſui.

PURGANTIA Acriora.

AGARICUS.
Non multum in uſu eſt, ſatis incertæ ceterum virtutis.

JALAPPAE Rad.

1401. PULVIS, BOLUS, SYRUPUS
Purgans pro infantibus.

℞. *Rad. Jalappae.*
— *Rhei elect.* ana gr. III.
Sacchar. albiſſ. ſcrup. I.

Terantur in pulverem tenuiſſimum, D. pro doſi, vel cum melle fiat Bolus, aut cum Syrupo Roſar. ſolutiv. unc. ſemis ſyrupus, cochleatim ſumendus.

1402. PUL-

1402. PULVIS, BOLUS, SYRUPUS

Purgans pro Pueris.

℞. *Rad. Jalappae*
— *Rhei elect.* ana gr. VI.
Sacchari roſacei gr. XV.

Terantur in pulverem tenuiſſimum, & dentur ut prius.

1403. HAUSTULUS

Purgans una vice, aut cochleatim ſumendus pro eadem ætate.

℞. *Pulv. rad. Jalapp.*
— *Rhei elect.* ana gr. V.
Mannae elect. ſcrup. ſemis.

Tritis exacte ſenſim adde
Hydromellis.
Aq. fontanae ana unc. ſemis.

D. uſui.

1404. PULVIS, BOLUS

Purgans pro juvenibus.

℞. *Rad. Jalapp.* gr. XV.
Sacchar. roſacei dr. ſemis.

Terantur in pulverem, & D. ut prior, vel cum Conſerva Violarum, aut illa purgante florum perſicor. F. Bolus.

1405. PULVIS, BOLUS

Purgans pro adulto.

℞. *Rad. Jalapp.* ſcrup. I.
— *Ipecacuanhae* gr. II.
Sacchari roſacei dr. ſemis.

Tere exacte ut prius, & ſic exhibe.

1406. EMULSIO

Purgans pro teneriore aetate.

℞. *Pulv. Rad. Jalapp.* gr. VI.
Mannae electſt. ſcrup. ſemis.
Amygdal. dulc. No. VIII.
Redige exacte in paſtam, affunde emulgendo
Aquae communis vel
Aq. flor. perſicor. unc. III.
Sacchari albiſſ. q. placet.
Colatura exhibeatur cochleatim.

1407. ALIA

Pro adulto.

℞. *Reſin. Jalapp.* gr. X. XII.
Amygd. dulc. decort. No. XV.
in paſtam redactis adde emulgendo
Aq. Cinnamom. ſimpl. unc. I.
— *Commun.* unc. II.
Colat. adde ſacchar. alb. parum pro delicato. D. pro doſi.

1408. ALIA

Pro juvenibus, & delicatulis.

℞. *Pulv. rad. Jalapp.* gr. XV.
— — *Ipecacuanhae* gr. II.
Mannae electſ. ſcrup. I.
Amygdal. dulc. dr. II.
Redige terendo omnia in paſtam, affunde ſenſim emulgendo
Aq. Naphae dr. I.
— *Deſtillat.* unc. III.
Sumat Colaturam pro hauſtu: vel cochleatim, prout ætas requirit.

1409. ALIA

1409. ALIA

Pro adultis.

℞. *Reſin. Jalapp.* gr. X.
Mellis virgin. dr. ſemis.
Subactis adde
Amygdal. dulc. dr. II.
Omnibus in paſtam actis adde emulgendo
Aq. fontan. unc. V.
Colatura detur pro hauſtu.

1410. TINCTURA

Purgans plurimis ætatibus conveniens.

℞. *Rad. Jalapp.* ſcrup. I.
— *Ipecacuanhae* gr. III.
Mannae in ſpirit. vini rectif. ſolut. ſcrup. I.
Diligenter ſubactis adde inter terendum
Aq. Cinnamom. Spirit.
Liquoris de tribus ana dr. ſemis.
Aqua fluvialis unc. III.
Digerantur in balneo vaporis per II. horas, Colatura detur uſui.
Sumant juniores per parva cochlearia Coffée donec purgentur, adultiores per magna, adulti pro una doſi.

1411. ALIA

Pro adultis.

℞. *Pulv. rad. Jalapp.* gr. XV.
— — *Ipecacuan.* gr. III.
Subigantur ſenſim affundendo
Spirit. vini tartariſat. dr. III. unc. ſemis.
— *Aniſi* dr. I.
Digerantur in arena calida per horam. Colatura detur pro doſi, vel adde
Sacchari albi vel
Syrupi grati q. placet.
D. uſui.

1412. ALIA

1412. ALIA

Pro iisdem.

℞. *Reſin. Jalapp.* gr. VI.
Elixir. propriet. dulc.
Liq. de tribus ana ſcrup. I.

Digerantur. D. pro doſi.

1413. PULVIS, BOLUS

Anthelminticus purgans nullo præſente acido iuniori ætati conveniens.

℞. *Pulv. rad. Jalapp.* gr. VI.
Sacchar. albiſſ. ſcrup. I.
Diligenter tritis adde
Mercur. dulcis gr. III.

M. D. pro doſi, vel cum conſerva forma boli.

1414. VEL

℞. *Reſin. Jalapp.* gr. IV.
Sacchari albiſſ. ſcrup. I.
Diligenter tritis adde
Mercurii dulc. gr. III.

M. D. pro Doſi, vel cum conſerva forma boli.

1415. ALIUS

Purgans pro adulto.

℞. *Reſin. Jalapp.* gr. V.
Sacchari roſac. ſcrup. I.
Cremor. tartar. dr. ſemis.
Stibii diaphor. non ablut. gr. XII.

Diligenter trita, ſubacta exhibe pro doſi.

1416. PUL-

1416. PULVIS

Purgans Lucripeti Agyrtæ vulgo pulvis ſ. Arcanum AILHAUD.

℞. *Magiſter. Jalapp.* gr. VI.
Pulv. Rad. Jalapp. paulisper toſti, ut fiat brunnei coloris gr. VIII.
Fulgin. Camini dr. I.

M. D. pro doſi.

Nota, hic pulvis ex tota Germania ſingulis annis multa millia florenorum in Galliam effert, ut dominia ſibi AILHAUD coemere poſſit. Utendi modum & doſim in Schedis ab illo impreſſis lege.

1417. HAUSTULUS

Spirituoſus purgans pro adulto.

℞. *Reſin. Jalapp.* gr. X.
Sacchari roſacei dr. ſemis.

Diligenter tritis adde

Spirit. Aniſi dr. II. III.

Stent adhuc in digeſtione in arena calida. D. pro doſi.

1418. ALIUS

Itidem ſpirituoſus purgans pro adulto.

℞. *Reſin. Jalapp.* gr. VI.
Elixir. propriet. dulcis dr. ſemis.

Digeſta ſoluta ſumat ſic, vel in vino pro doſi.

1419. MOR-

1419. MORSULI

Purgantes.

℞ *Pulv. rad. Jalapp.* gr. XV.
— — *Ipecacuan.* gr. III.
Olei ſtill. Cinnamom. gutt. II.
Sacchar. albiſſ. unc. I.

Diligenter ſubactis admiſce
Cremor. tartar. ſcrup. II.
Mucilag. Gumm. tragacant. q. ſ.

Ut F. Morſuli dr. I.

Detur omni hora I. donec purgetur. Teneriori ætati I. vel II. dari poſſunt.

1420. BOLUS

In Aſthmate convulſivo, tuſſi ferina.

℞. *Conſerv. Violar.* dr. I.
Pulv. Jalapp. gr. IV.
Laud. liquid. Sydenh. gutt. X.

M. D. pro doſi, & repetatur.

1421. ALIUS

In Aſthmate humorali.

℞. *Conſerv. ſalviae* dr. I.
Flor. Benzoes.
Pulv. rad. Jalapp. ana gr. IV.
Laud. liquid. Sydenh. gutt. VI.

M. F. Bolus. D. pro doſi.

MECHOA-

MECHOACANNA.

1322. PULVIS, BOLUS

Pro teneriori ætate.

℞. *Pulv. Rad. Mechoacannae* gr. V.
— — *Jalapp.* gr. II.
Sacchari roſac. ſcrup. I.

M. F. pulvis, vel Bolus cum melle. D. uſui.

1423. INFUSIO

Purgans in catarrhalibus, aſthmaticis, arthriticis affectionibus.

℞. *Rad. Mechoacan.* unc. ſemis.
Herb. Chamaepyt. dr. II.
Cremor. tartar. dr. ſemis.
Conciſis, contuſis adde
Aq. fervent. libr. I.
Stent in digeſtione calida per II. horas, Colat. adde
Syrup. de Spina Cervin. unc. ſemis.
Sumat vaſculatim, donec purgetur.

SCAMMONEUM.

Ut Jalappa præſcribitur doſi & formulis.

1424. HAUSTUS

Purgans pro delicatulis adultis.

℞. *Gumm. Reſin. Scammon.* gr. X.
Aq. Cinnamom. lact. dr. I.
Solutis adde
Infuſi ſaturat. Glycirrhyz. unc. IV.
Sumat pro doſi. Teneriores ætates ſumant cochleatim.

SENNA.

SENNA.

1425. DECOCTO-INFUSUM

Purgans antiphlogiſticum.

℞. *Tamarind.* unc. I.
Cremor. tartari dr. II.

Coque in ſ. q. aquæ, ſub finem coctionis adde
Foliorum ſennae dr. III.

Stent adhuc in digeſtione per II. horas, Colat. libr. I. adde
Syrup. Ribium unc. I.

Si abſit febris, addi poteſt
Aquae Naphae unc. ſemis.

D. vaſculatim ſumendum.

1426. ALIUD

In morbis venereis, arthriticis, rheumticis.

℞. *Raſur. lign. Guajac.* unc. ſemis.
Salis ammoniac. dr. I.

Coque in ſ. q. aq. per horam, ſub finem adde
Fol. ſennae, dr. III.

Stent adhuc in digeſtione per II. horas: Colat. libr. I. adde
Syrup. de Spina Cervin. unc. I.

Sumat vaſculatim donec purgetur.

1427. HAU-

1427. HAUSTUS

Purgans pro adulto.

℞. *Fol. Sennae* dr. II.
Rhei elect. dr. I.
Salis tartar. ſcrup. I.
Sacchar. albiſſ. dr. ſemis.

Diligenter in mortario tritis ſubactis ſuperaffunde
Aq. ferventis unc. III.
Aq. Cinnamom. lact. dr. I.

Stent in digeſtione calida per horam; Colat. D. uſui, vel adde
Syrup. domeſt. unc. ſemis.

D.

1428. ALIUS

℞. *Elixir. ſalutis*
Syrup. domeſtic. ana unc. I.

D. pro doſi.

SOLDANELLA

Non certi uſus.

TURPETHUM

Incertæ efficaciæ.

PURGANTIA Acerrima.

BRYONIA.

1448. PULVIS, BOLUS, POTIO

Purgans in Hydropicis, & maniacis aliquando diureſim movens.

℞. *Pulv. Rad. Bryon.* ſcrup. II.
Salis mirab. Glauber. ſcrup. I.

D. pro doſi pulvis, quæ tamen etiam augeri poſſit. Cum Conſerva flor. Perſicor. fiat Bolus, cum Vino, Hydromelle hauſtus.

1430. HAUSTUS

Purgans in iisdem caſibus.

℞. *Rad. Bryon. exſiccat.* dr. II.

Infunde in ſ. q. *vini albi* ad cineres calidos per horam: Colat. expreſſæ unc. II. adde

Elixir. aperitiv. unc. I.

Syrup. de Spina Cervin. unc. ſemis.

M. D. pro doſi.

1431. PILULAE

Aſthmaticæ in cauſa pituitoſa.

℞. *Sapon. venet.*
Gumm. ammoniac. ana dr. I.
Pulv. Rad. Bryon. dr. ſemis.
Tinct. Antimon. tartariſat. q. ſ.

Ut F. pilulæ gr. III. Sumat omni quadrihorio tres.

1432. ALIAE

Emmenagogæ in cauſa pituitoſa.

℞. *Extract. emmenagog.*
— *martis pomat.*
Pulv. Myrrhae ana dr. I.
— *Bryoniae* dr. ſemis.
Olei ſtill. ſabin. gutt. V.
Balſam. peruv. q. ſ.

Miſce exacte, & F. pil. gr. III.

Sumat tres omni quadrihorio.

1433. CA-

1433. CATAPLASMA

Diſcutiens ſtrumis utile.

℞. *Farin. rad. Bryon.* unc. V.
Salis ammoniac. dr. I.
Vini,
Aceti q. ſ.

Ut leni igne redigantur in formam cataplasmatis, ab igne remotis adde

Tinctur. Aloes dr. I.

M. & applicetur parti.

1434. ALIUD

In eodem caſu.

℞. *Rad. recent. Bryon.* unc. IV.
Salis ammoniac. dr. I.
Vini q. ſ.

Contunde, & leni igne redige in cataplasma, quo applicetur diviſis portionibus, vel una.

1435. ALIUD

Ad contuſa, alienata, extravaſata.

℞. *Herb. Abſinth.*
— *Scordii* ana manip. I.
Rad. Bryon unc. I.
Salis commun. dr. I.
Vini q. ſ.

Leni calore ad ignem contunde, & redige in cataplasma loco affecto applicandum.

COLOCYNTHIS.

1436. CLYSMA

Revellens in apoplexia ſeroſa.

℞. *Aquae fervent.* libr. I.
Pulpae colocynth. dr. I.

Infundatur, colatura tepide injiciatur.

1437. ALIUD

Fortius.

℞. *Aq. fervent.* libr. I.
Extract. Colocynth. dr. I.
Salis commun. dr. ſemis.

Injiciantur diluta, ſoluta.

1438. PILULAE

Emmenagogæ.

℞ *Extract. Myrrhae.*
— — *emmenagog.* ana dr. I.
— — *Colocynth.*
Flor. ſalis ammoniac. martial. ana ſcrup. I.
Balſam. peruv. q. ſ.

F. Pilulæ gr. II. Sumat omni quadrihorio IV. Superbibendo infuſum, aut Decoctum conveniens.

1439. PULVIS

Purgans pro adulto.

℞. *Pulv. rad. Jalapp.* gr. XV.
Trochisc. alhandal. gr. II. III.
Sacchari albiſſ. dr. ſemis.

Terendo diligenter ſubige omnia, & redige in pulverem.

D. pro doſi.

GRA-

GRATIOLA

Incerti ſatis uſus, ſic tamen præſcribi poteſt ruri, ubi alia non habentur.

1440. POTIO

Purgans, aliquando emetica pro Hydropico.

℞. *Herb. Gratiolae* dr. II.

Infunde in *cereviſiae* unc. X. ad cineres calidos per horam.

Sumat tribus vicibus.

1441. ALIA

Anthelmintica pro pueris adoleſcentibus.

℞. *Herb. gratiolae* dr. I.
Lactis fervent. libr. I.

Digere ad cineres calidos per horam: Colat. adde
Mellis unc. ſemis.

D. uſui. Sumat æger omni hora, vel bihorio cochlearia duo.

GUMMI GUTTAE.

1442. HAUSTUS

Purgans, aliquando diureticus pro Hydropico.

℞. *Gummi Guttae* gr. V.
Spirit. ſalis ammon. volat. vinoſ. gutt. XX.

Leni calore ſolutis, concuſſis adde
Syrup. de Spina Cervina dr. II.
Aq. ſtill. foenicul. unc. I.

M. Sumat pro doſi. Si non fuerit ſufficiens, doſis Gummi Guttæ augeri poterit. *Vid.* MATER. MED.

1443. ALTER

In eodem caſu ejusdem virtutis.

℞. *Gummi guttae* gr. VI.
Liquor Nitri fixi ſcrup. I.
Aq. Cinnamomi ſine vino unc. II.
Syrup. Cinnamom. dr. II.

Digerantur ad lenem ignem, ſoluta D. uſui. Repetatur alternis diebus.

1444. PILULAE

In eodem caſu pro Hydropico.

℞. *Pulv. Gummi guttae* gr. IV.
Tere cum ſaccharo, dein adde
Mercur. dulc. gr. III.
Miſce, & adde
Maſſae pilular. coch. gr. XV.
Balſam. peruv. q. ſ.
F. pilulæ No. IX. pro doſi.

SPINA CERVINA

Satis incerti uſus. Solus adhibetur Syrupus. Vide MATER. MED.

CLAS-

CLASSIS DUODECIMA.

ANODINA ET NARCOTICA.

L E N I O R A.

CHAMOMILLA.

1445. CATAPLASMA

Anodynum diſcutiens locis inflammatis dolentibus utile.

℞. *Fol. Malv.* Manip. II.

Coque in ſ. q. aquæ in conſiſtentiam Cataplasmatis, ſub finem adde

Flor. Chamomill.
— *Papav. rhoead.* ana manip. ſemis.

Miſta loco affecto applica.

1446. MIXTURA

Anodyna.

℞. *Sacchar. albi* dr. ſemis.
Olei ſtill. Chamomill. gutt. III.

F. l. a. Elæoſaccharum, cui adde

Aq. ſtill. Chamomill. unc. VI.
Syrup. Pap. rhoead. unc. I.

M. F. Mixtura cochleatim ſumenda.

MILLEFOLIUM.

1447. THEE

In ſpasmis, doloribus poſt partum, doloribus cardiacis, colicis, hæmorrhoidalibus, & anxietate hypochondriaca.

℞. *Flor. Millefol.* manip. I.
Flor. Pap. rhoead. manip. ſemis.
— *Sambuc.* pug. II.

Conciſæ dentur ſpecies pro Thée.

1448. INFUSUM

In iisdem caſibus.

℞. *Flor. Millefol.* manip. ſemis.
Aq. ferventis libr. I.

Digerantur in balneo mariæ ſæpe concutiendo per horam: Colat. adde
Syrup. de meconio unc. I.

Sumat vaſculatim.

1449. ALIUD

℞. *Herb. Millefol.* manip. I.
Flor. millefol. pug. II.
Vini albi unc. IV.
Aq. fervent. libr. I.

Digerantur in balneo mariæ ſæpe concutiendo per mediam horam: Colat. adde
Syrup. Pap. rhoead. unc. I.

Exhibe vaſculatim.

TILIA.

TILIA.

1450. THEE

In Spaſmis.

℞. *Flor. Tiliae* manip. ſemis.
— *Millefol.* pug. II.

Conciſæ ſpecies dentur pro Thée.

1451. CATAPLASMA

Podagricis, & arthriticis doloribus utile.

℞. *Cort. medii Tiliae* unc. II.

Cum ſ. q. aquæ coque, & contunde in Cataplaſma, quod applicetur.

1452. MIXTURA

Antiſpaſmodica, & antacida infantibus conveniens.

℞. *Pulv. Lap. cancror.* dr. I.
Syrup. diacod. unc. ſemis.
Aq. ſtill. flor. Tiliae unc. VI.

M. Detur omni hora cochlear.

VIOLA.

1453. JULEPUS

Antiſpaſmodicus pro infantibus.

℞. *Syrup. violar.* unc. ſemis I.
Aq. ſtill. flor. Tiliae unc. V.

Detur cochleatim pro libitu.

ANODYNA. Fortiora.

PAPAVER.

1454. SUCCUS

In morſu apum.

℞. *Succi papav. alb.* unc. II.
D. uſui, ut continuo applicetur.

1455. CLYSMA

Mucilaginoſum anodynum in dyſenteria.

℞. *Rad. Salep.* dr. I.
Capit. papav. No. II.
Coq. in ſ. q. *lactis* per quadrantem horæ: Colat. libr. I ſemis divide in Clysmata Tria.

1456. THEE, INFUSUM

In tuſſi, Catarrhis a perſpirabili ſufflaminato anodynum.

℞. *Fol. Salviae* manip. ſemis.
Flor. Millefol.
— *Pap. rhoead.* ana pug. II.
Conciſæ dentur ſpecies pro Thée, vel infundantur.

Alia vide Capite de Opio.

CYNOGLOSSUM.

1457. PILULAE

Anodynæ.

℞. *Maſſ. Pilul de Cynogloſſ.* gr. V.
F. inde Pilulæ No. II.
D. pro doſi.

Fortiſſima Narcotica vide de Venenis.

ANTI-

ANTIDOTA GENERALIA.

ACETUM.

1458. MIXTURA

In febribus putridis, exanthematicis putridis antiputredinoſa excitans, æſtum & ſitim temperans.

℞. *Aceti vinoſi boni* unc. I.
Nitri puri drach. ſemis.
Decocti ſecalis libr. I.

M. Sumat præter potum ordinarium omni bihorio cochlearia duo.

1459. AETHER ACETOSUS

In triſtitia melancholica, morbis ſoporoſis, ſyncopticis.

℞. *Aceti deſtill.*
Aq. vitae Diſp. Vien. ana unc. II.
Croci auſtr. ſcrup. I.

Vaſe bene clauſo ebulliant in balneo mariæ per duas horas, refrigerata cola, & exhibe.

Sumat guttas XXX. XL. C. in vino ſemel, bis, ter de die.

1460. ALTER

In iisdem caſibus, & morbis convulſivis, & epilepticis.

℞. *Liq. anod. m. Hoff.* dr. III.
Aceti deſtillat. unc. II.
Salis ſuccin. gr. X.
Olei ſuccini gutt. V.

Vaſe bene clauſo ebulliant in balneo mariæ per horam, refrigerata cola, & exhibe.

Sumat gutt. XX. XXX. XL. in vino, vel alio vehiculo bis, ter de die.

1461. LAVAMENTUM, POTUS, IRRORATIO

Ad corruptiones gangrænoſas, ulcera putrida, ſugillationes.

℞. *Herbae Rutae*
— *Abſinthii* ana Manip. I.
Salis communis dr. II.

Coque vaſis clauſis per quadrantem horæ in anatica quantitate *vini & aceti*, in colat. libr. I. & ſemis, ſolve
Saponis nigri unc. I.

D. ter de die pars calide tractetur.

1462. LINIMENTUM

Ad ulcera ſordida putrida.

℞. *Aceti vinoſi boni* unc. I.
Salis communis dr. ſemis.
Olei oliv. unc. I ſemis.

Mixtis in linimentum interere,
Sapon. nigri unc. ſemis.

D. plumaceolis exceptum ulceri impone, vel ſolve in vino calido pro lavamento, fotu, irroratione.

1463. OXY-

1463. OXYCRATUM MEDICATUM

n morſu rabidorum animalium, in miasmate quocunque vago in ſanguine hærente.

℞. *Aceti Theriacalis* unc. I.
Sacchari albi unc. ſemis.
Aquae ſtillat. ſambuci libr. II.

D. Sumat quantum lubet.

1464. POTUS SUDORIFERUS

In eodem caſu, aut alio quocunque fit, dum vaſculo infuſi ſambuci aut Thée ſimplicis calidi Sacchari jam additur
Aceti ſambucini cochlear I.

et talia aliquot vaſcula ſumuntur cum regimine noto.

1465. HAUSTUS

In morſu animalis rabidi contra Hydrophobiam.

℞. *Moſchi* gr. V.
Camphorae gr. X.
Sacchari albi dr. I.

Subactis adde terendo ſenſim
Aceti vinoſi unc. IV.

exhibe pro doſi in lecto compoſito.
Repetatur ſi opus.

1466. AC-

1466. ACETUM MEDICATUM

Prophylacticum contra peſtem.

℞. *Herbae Rutae recent.* m. I.
Rad. Angelicae
— *petaſitidis* ana unc. I.
Flor. Calend.
— *Sambuc.* ana manip. ſemis.

Conciſa infunde in *aceti vinoſi* libr. II. Bibat ter de die decantandi liquoris cochlear. I.

1467. VAPOR

Diſcutiens reſolvens in Orthopnœa varioloſa ex inflammatione pulmonum.

℞. *Aceti Sambucini*
Aquæ ſtillat. Pap. Rhoeados ana unc. V.

D. ad vas terreum, ut igne ſuppoſito exurgens vapor vel ſimpliciter vel infundibuli vas cooperientis ope, hauriatur.

1468. EPITHEMA HUMIDUM

In Cephalalgia.

℞. *Acet. roſar. rubr.*
Aquae flor. roſar. ana unc. III.
M.

℞. *Placent. a deſtillatione aq. roſar. rubr. reſid.* q. ſ.

Irroretur priore liquore, & dolenti capitis parti applicetur.

1469. FO-

1469. POTUS

Antiſepticus in cancro.

℞. *Cort. peruvian.* unc. I.

Coque cum aq. comm. per bihorium ad libr. I. ſub finem addendo

Acet. fortiſſimi unc. VI.

Colatura detur, ut intingantur lintea ſubtilia, & parti applicentur, quibus & lana eodem liquore madida ſuperimponi poteſt.

1470. MIXTURA

In caſu nimiæ narcoticorum aſſumptorum doſeos, præmiſſo, ſi eſſe poſſit, vomitorio.

℞. *Aceti ſcillitici* unc. I.
Tincturae ſalis Tart. dr. II.
Aquae vitae Matth. unc. ſemis.
— *ſtillat. ſalviae* unc. VI.

D. Sumat ſtatim cochlearia duo, dein ſingula hora I. vel II. prout videbitur.

1471. LIQUOR ODORAMENTALIS

Pro irrorandis nodulis excitans in hyſtericis, & animo lapſis.

℞. *Spiritus aceti optimi*
Tinct. Caſtor. ana dr. II.

D.

1472. ODORAMENTUM ALIUD

In iisdem, vel aliis circumſtantiis fortius.

℞. *Minimar. tart. vitriol. cryſtall.* dr. I.

inde lagenæ, & ſatura

Spirit. veneris. q. ſ.

obduretur, & aperta naribus ſupponatur in caſu.

1473. MIXTURA

Antiphlogiſtica, æſtum temperans aperiens diuretica.

℞. *Lapid. cancror.* dr. II.
Aceti vaſis terreis deſtillati q. ſ.
ad perfectam ſaturationem, dein adde
Nitri puri dr. I.
Aq. decocti portulac. libr. I.
Syrupi de Althaea unc. I.
D. omni bihorio cochlearia duo cum potu ordinario.

1474. ALIA

In obſtructionibus hypochondriacis, morbis hepatis abſente acido.

℞. *Magneſiae alb.* dr. II.
Aceti q. ſ. ad perfectam ſaturationem cui adde
Aquae ſtillatitiae foeniculi libr. I.
Syrup. rad. 5. aperient. unc. I.
D. omni hora cochlear, ſuperbibendo decoctum meracum lacteſcentium plantarum.

1475. PASTA PRO EPITHEMATE SICCO

Repercutiens, adſtringens in variis morbis, ſi repercutere, adſtringere conveniat, in morbis oculorum, in varice, aneurismate, inundatione lymphatica ſcroti, aliarum partium, Hernia incipiente.

℞. *Terrae Aluminis*
— *martialis* ana unc. III.
Aceti deſtillati q. ſ. ut recte irroretur, tritis, ſubactis adde
Albuminis q. ſ. ut impaſtentur.
Applicetur calide parti, quantum in dictis caſibus requiritur.

1476. *VA-

1475. * VAPOR.

In Angina maligna attrahendus.

℞. *Flor. Roſar. rubr.*
— *Chamomill.* ana pug. III.
Myrrhae dr. II.
Camphor. dr. I.

Coq. vaſe clauſo *in vini aceto* ſ. q.

D. ex calefactis vaporem æger, quam commode perferre poterit, ſpiritu attrahat.

MEL.

1476. GARGARISMA

Detergens in angina pituitoſa, tonſillarum morbis.

℞. *Mellis* vel
Oxymellis unc. II.
Salis prunellae dr. I.
Infuſi roſar. rubr. libr. I.

M. Liquore calefacto ſæpius colluat fauces.

1477. MIXTURA

Detergens, incidens in glutinoſo ſpontaneo infantum, & morbis pituitoſis pectoris eorundem.

℞. *Tart. emetici* gr. ſemis.
Aquae Hyſſopi unc. IV.
Mellis puri unc. I.

M. Sumat omni bihorio cochlear, in adultioribus doſis aliquantulum augeri poteſt.

1478. INIECTIO

Ad ulcera ſordida, & fiſtulas depurans digeſtiva, & antiputredinoſa.

℞. *Saponis nigri liquidi* dr. I.
Elixir propr. cum ſale tartari unc. ſemis.
Mellis roſacei unc. II.
Decocti corticis peruviani libr. I.
M. Calefactus liquor injiciatur.

1479. CATAPLASMA

Maturans domeſticum.

℞. *Mellis* vel
Oxymellis unc. II.
Farin. ſem. Lini vel alterius q. ſ. ad conſiſtentiam cataplasmatis.
Calidum applicetur.

1480. ALIUD

℞. *Mellis* unc. I.
Fermenti panis unc. II.
Mixta calefacta applica.

1481. SUPPOSITORIUM

℞. *Mellis* q. ſ.
Coque in ſpiſſiorem conſiſtentiam, ut effingi poſſit ſuppoſitorium.

1482. ALIUD FORTIUS.

℞. *Mellis* q. ſ.
Coque in ſpiſſiorem conſitentiam, cocto adde
Salis gemmae dr. ſemis vel
Pulv. rad. Jalappae tantundem.
F. Suppoſitorium.

1483. HYDROMEL MEDICATUM.

Detergens ad ulcera interna.

℞. *Virgae aureae*
Hederae terreſtris ana m. I.
Conciſis adde
Mellis libr. ſemis.
Aquae font. libr. IV.
Coque ad deſumptam deſpumationem.
Deſpumati, & colati liquoris doſis vaſculum Coffée omni bihorio.

1484. ECLEGMA

Pectorale ad ſputa tenacia ſuppreſſa, Orthopnœam, aſthma a cauſis pituitoſis.

℞. *Kermes miner.* gr. III.
Syrup. de Hyſſopo unc. II.
Exacte tritis, mixtis adde
Mellis anthoſati unc. I ſemis.
M. Lambat omni hora unciam ſemis, donec ſputa prodeant.

1485. CLYSMA

Refrigerans motum temperans in febribus.

℞. *Mellis mercurialis* unc. II.
Nitri puri dr. II.
Aquae decocti hordei unc. X.
M. pro Clyſmate.

OLEA.

1486. POTIO OLEOSA

In caſu aſſumpti veneni, aut inde perſtantis convulſionis, in nephritide calculoſa, menſibus dolorificis, colica ſpaſmodica.

℞. *Olei Oliv. boni* libr. I.

D. Abſumatur tribus vel quatuor doſibus, ita, ut omni hora ſumatur una doſis. Si ſimplicem potionem oleoſam non fert, poteſt dari in jure carnis calefacto.

1487. CLYSMA

Oleoſum obliniens excoriata inteſtina, & ſopiens nimiam irritabilitatem inteſtinorum, uteri, veſicae, proficuum etiam induratæ alvo.

℞. *Rad. Althaeae* unc. I.

Coque in ſufficienti quantitate aquæ per quadrantem horæ, ſub finem coctionis adde

Florum Chamomillae

— — *Pap. rhoeados* ana M. ſemis.

Colaturæ libr. I. adde

Olei lini vel

— *Amygdalar. dulc. r. p.* unc. III.

Divide in duo Clysmata.

1488. ALI-

1488. ALIUD

℞. *Olei lini* unc. II.
Vitelli ov. No. I.

Bene tritis, mixtis adde

Lactis calefacti unc. V.

Injiciatur calefactum.

1489. LINCTUS

In induratione fœcum infantum, & acido.

℞. *Olei Amygdalar. d. r. p.*
Syrup. Cichor. cum Rheo ana unc. I.
Mannae elect.
Sacchari candi ana dr. II.

Mixta abſumat tribus, quatuorve doſibus.

1490. MIXTURA

Pectoralis in tuſſi acri demulcens.

℞. *Vitelli ovor. dimidium.*
Olei Amygdal. d. r. p. unc. II.
Syrup. diacodii unc. I.
Aq. decocti hordei libr. I.

F. Secundum artem Mixtura. Dentur omni hora cochlearia duo.

1491. ALIA

℞. *Olei Amygd. d. r. p.* unc. I.
Syrup. Pap. albi
Mucilaginis ſem. Cydonior. ana unc. ſemis.

Exacte ſubactis affunde

Aquae Pap. rhoeados libr. I.

M. D. omni bihorio cochlearia duo.

1492. ALIA

Pectoralis contractior in metu ſuffocationis.

℞. *Olei Amygd. d. r. p.* unc. I.
Spermat. Ceti dr. III.
Simul ad ignem liquefactis adde
Liquor C. C. ſuccinat. dr. ſemis.
Dentur guttæ XL. omni trihorio in jure.

1493. LINIMENTUM

Emolliens in rigiditate articulorum.

℞. *Unguenti de Althaea* unc. II.
Olei olivarum unc. I.
M. Pars prius vapori aquæ expoſita calide frequenter inungatur.

1494. ALIUD

Ad fiſſuras labiorum, mammarum, aliaque loca excoriata.

℞. *Olei ovorum* dr. II.
Balſam. copaiv. dr. ſemis.
Bene conquaſſata exhibe, ut locus affectus perliniatur.

1495. LINIMENTUM

Anodynum, diſcutiens ad hæmorrhoides tumidas & dolentes.

℞. *Olei amygd. r. p.*
— *ſem. hyoſciam.* ana unc. ſemis.
Camphorae gr. X.
Spiritus ſal. ammon. dr. ſemis.
Unguenti de althaea unc. I.
M. F. linimentum, quo locus affectus ſæpius de die perliniatur.

1496. FO-

1496. FOTUS

In eundem ſcopum.

℞. *Olei lini*
— *Hyoſciam.* ana unc. ſemis.
Spiritus vini Camphor.
— *ſalis ammoniac.* ana dr. II.
Lixiv. ſapon. vulgar. unc. IV.

M. D. ut intingantur lintea, & parti applicentur.

1497. ELECTUARIUM

Pectorale demulcens.

℞. *Spermat. Ceti* dr. III.
Vitell. ovi No. II.

In mortario æquabiliter mixtis adde

Pulv. rad. Glycyrrhiz. unc. I.
Syrup. liquirit. unc. ſemis.
Olei amygd. d. r. p. quantum ſatis.

F. Electuarium.

D. & capiat æger omni bihorio dr. II.

OPIUM.

1498. PULVIS

Dolores ſedans, ſomnum concilians pro adulto.

℞. *Opii puri* gr. ſemis, vel ſi opus I.
Lap. Cancror.
Sacchari albi ana gr. XII.

M. F. pulvis, detur pro doſi.

1499. PILULAE

℞. *Opii puri* gr. ſemis I.
F. pil. vel fiant inde duæ, tres; ſumat pro re nata unam vel plures.

1500. HAUSTULUS

℞. *Opii puri* gr. ſemis vel I.
Aq. ſtillat. Ceraſor. nigr. unc. II.
Syrup. violarum dr. III.
Soluta mixta ſumantur pro doſi.

1501. CLYSMA

In dolore iſchiatico, in convulſionibus, aſthmate, diarrhœa colliquativa, teneſmo, & aliis caſibus, in quibus vel ore aſſumptum nihil facit opium, vel mala auget.

℞. *Opii puri* gr. I. & ſi opus gr. I. ſemis.
Lactis calefacti unc. VI.
Soluta injice.

1502. EMULSIO

Anodyna pacans, æſtum temperans.

℞. *Amygdalar. dulc. excort.* unc. ſemis.
Opii puri gr. ſemis.
F. cum ſ. q. *aquae decocti hordei* emulſio; Colaturæ libræ I adde
Nitri puri dr. ſemis.
Syrup. Papav. alb. unc. ſemis.
M. D. omni bihorio medium vaſculum Coffée.

1503. ALIA

1503. ALIA

℞. *Sem. 4. frigid. maj.* ana dr. I.
Amygd. dulc. decort. unc. ſemis.

Cum ſ. q. *aquae decoct. hord.* f. emulſio: Colaturæ libr. I ſemis adde
Syrup. Pap. albi unc. I, ſemis.

M. Detur ut prius.

1504. MIXTURA

Sedativa in inordinato ſpirituum motu Hyſtericarum.

℞. *Aquae ſtillat. Rutae* unc. VIII.
Spirit. matric. unc. ſemis.
Tinct. Succin. dr. I.
Salis volatilis oleoſi dr. ſemis.
Laud. Liq. Sydenh. gutt. XX.
Syrup. de Cinnamomo unc. I.

M. D. Sumat omni hora cochlear I.

1505. ALIA

In caſu evacuationum nimiarum in Cholera, Dyſenteria &c.

℞. *Opii puri* gr. II.

Solve in *aquae naphae* dr. ſemis.
Aquae Menthae unc. IV.

Sumat juxta exigentiam omni quadrante, dimidia, vel omni hora, vel bihorio cochlear, quod pitiſando bibat per plures vices.

1506. ALIA

Paregorica poſt vomitum, purgationem juxta SYDENHAMUM.

℞. *Aq. Cinnamom. hordeat.* unc. I.
Laudan. liquid. gutt. XIV.
M. exhibeatur pro doſi.

1507. ALIA

In ſuppreſſis a ſpasmodica affectione uteri, menſibus, lochiis.

℞. *Aquae Camphorat.* unc. V.
Nitri puri dr. ſemis.
Laud. liquid. Sydenh. gutt. XX.
Syrup. Rad. 5. aperient. unc. I.
M. Sumat omni bihorio cochlearia duo.

1508. ALIA

In Hæmorrhagiis aliis tum maxime uteri pacans, ſiſtens.

℞. *Aquae Pap. Rhoeados* unc. V.
Spiritus Vitrioli gut. XV.
Tinctur. Cinnam. dr. ſemis.
Laud. liquid. Sydenh. gutt. XX.
Syrup. Myrtillor. unc. ſemis.
M. D. omni quadrante horæ cochlear, donec remittat, dein omni hora vel bihorio.

1509. ALIA

In inſomniis Hypochondriacorum, & aliorum a cauſa calida abortis.

℞. *Aquae decocti Portulacae* unc. IV.
Nitri puri ſcrup. I.
Syrup. de Meconio unc. I.
M. D. ut ad veſperam inter horam abſumat; huc faciunt etiam emulſiones.

1510. CLYSMA

In eodem caſu.

℞. *Aq. Decocti portulac.* unc. VI.

Nitri dr. ſemis I.

Opii granum I.

Soluta calida injice.

1510. * EMPLASTRUM

Lateri pleuritico applicandum, præmiſſis V. S. fomentis & cataplasmatibus, diſcutiens anodynum.

℞. *Opii pur.* dr. I.

Camphorae ſcrup. I.

Emplaſtr. de Cumino unc. I.

M. extendatur ſuper aluta & applicetur.

SAPO.

1511. POTUS

In caſu aſſumpti veneni acris oleoſi, vel acidi medicatus.

℞. *Sapon. venet.* unc. I.

Lactis libr. III.

Sacchari q. ſ. ad gratiam.

M. Sumat affatim.

1512. HAU-

1512. HAUSTUS

In glutinoſo ſpontaneo.

℞. *Sap. venet.* gr. XX.

Solve in

Aq. ſtillat. Cinnam. unc. IV.

Dein adde

Elixir. prop. Paracel. gutt. XXX.

Syrup. Abſinth. vel ſi guſtui conſulis

— *de Cinnam.* dr. III.

M. Detur, aut etiam ſumatur cochleatim junioribus.

1513. PILULAE

In eodem caſu.

℞. *Sapon. venet.*

Bilis taur. inſpiſſat.

Pulv. rad. ari ana dr. II.

Elixir proprietatis q. ſ. ut fiant Pilulæ gr. III.

Sumat omni trihorio tres.

1514. ALIAE

In eodem caſu.

℞. *Bilis taur. inſpiſſ.*

Sapon. venet. ana dr. II.

Pulv. rad. angelic.

— — *Ari* dr. I.

Fiant inde pilulæ gr. III. Uſus priorum.

1515. ALIAE

1515. ALIAE

Solventes in Ictero, & morbis obſtructionum.

℞. *Sapon. venet.* dr. III.
Extract. fumar. dr. II.
Flor. Salis Ammoniac. mart. dr. I.
Olei tart. p. deliq. ſ. q. ut fiant Pilulae gr. III.

Sumat ut prius cum decocto Graminis, Taraxaci. Loco florum ſalis ammoniaci martialium dari poteſt Rhei electi dr. I. ſi magis placeat.

1516. MIXTURA

In tumido infantum abdomine a coloſtro.

℞. *Sapon. venet.* gr. XXX.
Solve in
Aquae flor. Perſicorum unc. IV.
adde
Pulv. lap. cancror. dr. I.
Syrup. mannati vel
— *de Cichor. cum Rheo* vel
— *Diacodii* unc. ſemis, ſi adſint tormina.

M. Exhibe cochleatim.

1517. PILULAE

Contra Podagram, & morbos affines, ut & contra obeſitatem nimiam.

℞. *Sap. venet.* unc. ſemis.
Pulv. rad. gentian. dr. I.
Rhei elect. dr. ſemis.
Elixir Proprietatis q. ſ. ut fiant Pilulæ gr. III.

Sumat omni trihorio quinque cum hauſtu aquarum Selteranarum.

1518. BO-

1518. BOLUS

In eodem caſu.

℞. *Sap. venet.* ſcrup. I.
Pulv. rad. Gentian. gr. X.
Conſerv. Chamaepyt. ſcrup. I.
Syrup. Cort. aurant. q. ſ. ut fiat Bolus.

Addentur tales numero plures, prout circumſtantiæ exigunt.

Sumatur talis ſingulo mane & noctu, ſuperbibendo aquam medicatam, vel infuſum Herbæ Camæpytis.

1519. ALIUS

In ſcrophulis.

℞. *Sapon. alicant.* gr. XV.
Pulv. ſpong. calcinat. gr. X.
— *Scrophular.* gr. VI.
Limatur. martis gr. III.
Syrup. rad. 5. aperient. q. ſ.

Sumat omni mane unum, ſuperbibendo Aquæ calcis, & infus. roriſmar. partes æquales.

1520. ELECTUARIUM

In calculo veſicæ urinariæ.

℞. *Sap. venet.* unc. ſemis.
Pulv. uvae urſi ſcrup. I.
Pulpae Caſſiae dr. ſemis, I.
Syrup. manati parum.

Ut F. Electuarium, de quo de die ſæpius ſumat ad nucis juglandis magnitudinem, ita, ut una die abſumat.

1521. BAL-

1521. BALNEUM

Pro partibus Podagra vexatis.

℞. *Aquae pluviae* vel
Lactis vacc. pint. VIII.
Sapon. venet. unc. VI.

Solvantur, & pars in balneum temperatum dimittatur.

1522. FOTUS

In eosdem uſus etiam ad mammas inflammatas.

℞. *Sapon. venet.* unc. II.
Florum Chamomill.
— *Sambuc.* ana M. I.
Lactis libr. III.

Coque vaſis clauſis, & intingantur in temperate calidum liquorem lintea, quæ applicentur parti, & dein ſæpius eodem liquore irrorentur.

1523. ALIUS

In ſcrophulis clauſis.

℞. *Sapon. commun.* unc. II.
Aq. calcis libr. I.

Solv. calefacto liquore pars conſtanter foveatur.

1524. ALIUS

1524. ALIUS

In ſcrophulis apertis.

℞. *Sapon. commun.* unc. I.
Aq. calcis unc. VI.
Cinerum dr. II.

M. Applicetur ut prius, & plumaceoli hoc liquore calido gravidi imponantur ulceribus.

1525. INJECTIO

Detergens ulcera ſordida.

℞. *Sapon. venet.* unc. ſemis.
Olei Myrrhae per deliq. dr. III.
Decoct. Herb. ſcord. libr. I.

M. Calefactus liquor injiciatur.

1526. LINIMENTUM

In ſcorphulis clauſis ſimul antiſcorbuticum diſcutiens, maculas ſcorbuticas nigras, & duras reſolvens.

℞. *Sapon. nigri* unc. III.
Camphor. unc. I.
Salis ammon. unc. I ſemis.
Spirit. Vini menſur. mediam.

Leni calore, & agitatione ex arte miſceantur, ſolvantur. Hujus calefacti liquoris vis in plumaceolis applicetur ſcrophulis, aut etiam, ut maculis ſcorbuticis cochlearia II. III. calide, & lente infricentur. Si linimentum acrius eſt, ægro ſenſibilius ſapo Venetus addi, vel pro nigro ſumi poteſt.

1527. UN-

1527. UNGUENTUM

Contra lumbaginem, & morbos alios rheumaticos ſine febre.

℞. *Sapon. venet. raſ.* unc. I.
Spirit. Lumbric.
— *Vini camphorat.* ana q. ſ.

Ut F. l. a. Unguentum, quo calido bis de die pars inungatur.

1528. ALIUD

Fortius ad inungendas partes poſt Apoplexiam ſeroſam paralyticas.

℞. *Sapon. venet. ras.* unc. ſemis.
Spirit. vini Camphor.
— *Salis ammon.* ana dr. I ſemis.
Unguent. paralyt. unc. I.

M. D. pro inunctione.

CLASSIS PRIMA.

VENENORUM ACRIUM.

EX MINERALIBUS.

AURIPIGMENTUM.

1529. ATRAMENTUM SYMPATHETICUM S. LIQUOR VINI PROBATORIUS.

℞. *Auripigmenti* unc. II.
Calcis viv. unc. I ſemis.
Aquae purae unc. IV.

Coque per quadrantem horæ, lixivium aſſervandum cola.

1530. PASTA DEPILATORIA

℞. *Auripigmenti* unc. I.
Calcis viv. unc. XII.
Amyli unc. X.
Aq. ſenſim inter terendum addendæ q. ſ.

Ut fiat paſta, qua loca piloſa inungantur, donec ſicceſcere incipiat, quo facto aqua calida vel frigida illico abluenda.

EX

EX VEGETABILIBUS

ACONITUM.

1531. PULVIS

In pertinaciſſimis arthriticis, ac rheumaticis doloribus, ſcirrhoſisque indurationibus utilis repertus Magnif. STOERCK.

℞. *Extract. Aconiti* gr. I.
Sacchar. albi dr. ſemis.

Mixta contere diu in mortario marmoreo, ut fiat pulvis ſubtiliſſimus.

Dentur tales numero IV.

Sumat mane & veſperi unum.

1532. ALIUS

In eundem ſcopum.

℞. *Extract. Aconit.* gr. II.
Sacchar. alb. dr. II.

M. fiat pulvis ſubtiliſſimus,

Dividatur in doſes VI.

Sumat mane & veſperi doſim.

1533. ALIUS

In pertinaciſſimo capitis dolore exorto ex diſpulſis artuum doloribus.

℞. *Extract. aconit.* gr. II.
Sacchari alb. dr. ſemis.

M. F. pulvis ſubtiliſſimus, & f. tales No. IV.

Sumat mane & vesperi unum, ſuperbibendo vaſculum juſculi carnis.

1534. ALIUS

In inveterato luis venereæ malo, tophis oſſium exulceratis, ſterni &c.

℞. *Extract. aconit.*
Mercur. dulcis ana gr. VI.
Sacchari albi dr. III.

M. F. pulv. divide in doſes ſex.

Sumat ter quotidie pulverem, ſuperbibendo Decoct. Bard. cum Sarſaparilla.

1535. ALIUS

In amauroſi.

℞. *Extract. aconit.* gr. ſemis.
Sacchari alb. ſcrup. I.

M. F. pulv. tenuiſſimus, & fiant tales No. IV.

Sumat mane & veſperi unum.

1536. PILULAE

In doloribus arthriticis, rheumaticis.

℞. *Extract. Cicutae* dr. I.
— — *Aconit.* gr. III.

Miſce exacte, & fiant pilulæ gran. IV. conſpergantur pulvere liquiritiæ.

Sumat mane & vesperi pilulas tres, ſuperbibendo vaſculum infuſi flor. Sambuci.

RANUNCULUS.

1537. CATAPLASMA

Veſicans loco arthritico applicandum.

℞. *Ranunculi nemoroſi* recent. unc. I.

Contunde in Cataplasma crudum, & applica loco dolenti.

ARNI-

ARNICA.

1538. INFUSUM

In caſu ab alto f. reſolvens ſanguinem extravaſatum.

℞. *Herb. Arnic.* pug. I. II.
infunde in aquæ fervidæ libr. I.
Colaturæ adde
Salis polychreſti dr. I.
Mellis unc. I.
M. Sumat omni bihorio vaſculum tepide.

1539. ALIUD

Ad Paralyſim.

℞. *Flor. arnicae* pug. I.
Infunde in libr. I. aquæ ferventis per quadrantem horæ. Colaturæ adde
Aquae vitae Mathiol. unc. I.
Syrup. Cinnamomi unc. I.
M. Sumat omni hora cochlearia III.

1540. THEE

In eundem ſcopum.

℞. *Flor. arnicae*
— *anthos* ana pug. III.
Herb. Serpylli manip. ſemis.

Commixtæ conciſæ ſpecies ſint pro Thée; Sumat pro infuſionis doſi pugillum I.

1541. FOMENTUM

In omni euchymoſi.

℞. *Herb. Arnicae*
— *Ruthae* ana M. I.

Infunde in ſ. q. *vini fervidi*, ſtet in digeſtione per quadrantem horæ, Colaturæ libr. II. expreſſæ, adde

Salis ammoniac. dr. II.

Aceti theriacalis unc. II.

D. ut locus affectus continuo foveatur pannis laneis calido liquore madidis.

1542. CATAPLASMA

In eundem ſcopum.

℞. *Herb. arnicae recent.*
— *Cicutae r.* ana M. II.
Salis communis dr. I.

Contunde in conſiſtentiam cataplasmatis & calide applica parti.

ARUM.

1543. PULVIS

Stomachicus in cauſa glutinoſa languido ventriculo & inerti.

℞. *Pulv. rad. ari* gr. X.
Tart. vitriol. gr. XV.

M. F. pulvis & fiant tales No. X.

Sumat mane & veſperi unum.

1544. ALIUS

℞. *Elaeoſacchari Cort. aurant.* dr. ſemis.
Pulv. radicis ari gr. VI.
Salis polychreſt. gr. X.

M. F. pulvis, detur uſui.

1545. ELECTUARIUM

In aſthmate humido a cauſa pituitoſa tenaci.

℞. *Gummi ammon. aceto ſquillit. ſolut.* dr. I.
Pulv. radicis ari dr. ſemis.
Conſervae Hyſſopi unc. ſemis.
Tinct. Benzoini gutt. XXX.
Syrup. de Hyſſopo q. ſ. ut fiat Elect.

D. Sumat ter de die ad nucis juglandis magnitudinem, ſuperbibendo vaſculum infuſi Hyſſopi.

1546. PILULAE

In eundem ſcopum.

℞. *Gummi ammoniac.* dr. I.
Pulv. rad. ari recent. ſcrup. I.
Florum Benzoes gr. XV.
Eſſent. Myrrhae q. ſ.

Ut fiant pil. gr. III. Sumat omni trihorio tres, ſuperbibendo infuſum Hyſſopi.

1547. ALIAE

In glutinoſo ſpontaneo & languore ventriculi.

℞. *Extract. abſinth.*
Saponis veneti ana dr. I.
Pulv. rad. ari recent. dr. ſemis.
Elixir propriet. q. ſ.

Ut fiant Pil. gr. III. Sumat omni bihorio tres.

1548. ALIAE

In mucoſa uteri diatheſi.

℞. *Pulv. rad. ari* dr. II.
Boracis venet. dr. I.
Extract. abſinth. dr. I ſemis.
Eſſent. croc. q. ſ.

Ut fiant pilulæ gr. II.
Sumat omni trihorio tres ſuperbibendo infuſum Meliſſæ.

1549. MASTICATORIUM

Stimulans, irritans in paralyſi linguæ.

℞. *Pulv. rad. ari* dr. I.
Maſtich. unc. ſemis.

Fiant calido piſtillo lege artis paſtilli, ſinguli pondere ſcrupuli I.
D. ut maſticet.

CATAPUTIA MAJOR.

1550. PILULAE

Contra vermes.

℞. *Aſae foetidae*
Pulv. ſem. Cataput. maj. ana dr. ſemis.
Aethiopis mineralis ſcrup. I.
Olei myrrh. per deliq. q. ſ.

Ut F. pil. gr. III. Sumat tres omni bihorio.

1551. PULVIS

In eundem ſcopum.

℞. *Pulv. ſem. Cataput. maj.* gr. III - IV.
Sacchari albi dr. I.

M. F. pulvis pro doſi in lacte ſumendus. Notandum: infantibus gr. I-II. ſufficiunt.

COCCUM.

COCCUM GNIDII.

1552. INFUSUM

Purgans in Hydrope GEOFFROY.

℞. *Folior. cocci gnid.* dr. ſemis I.
Conciſſa macerentur in aquæ frigidæ ſ. q. per noctem, Colaturæ unc. IV. adde
Syrup. cort. aurant. unc. ſemis.
M. Detur pro hauſtu.

1553. LINIMENTUM

Detergens ad ulcera dyſepulotica.

℞. *Pulv. fol. cocci gnid.* dr. I ſemis.
— *Myrrh.* dr. I.
Ol. Myrrh. p. deliq. dr. II.
Albumin. ovi No. I.
M. F. Linimentum.

1554. LAVAMENTUM

In eundem ſcopum.

℞. *Folior. cocci gnid.* M. II.
Coque aliquantulum cum anatica quantitate *aceti & aquae*, colaturæ libr. I ſemis adde
Sapon. lotric. unc. ſemis.
D. pro lavamento.

COLCHICUM

1555. LINCTUS

In hydrope pectoris aliarumque partium. Magnif. STOERCK.

℞. *Terrae foliat. Tartar.* unc. ſemis.
Spiritus nitri dulcis dr. II.
Oxymellis colchici unc. V.
M. Sumat omni hora cochlear parvum.

1556. MIXTURA

In eandem indicationem.

℞. *Aquae Junip.* unc. V.
Spiritus Nitri dulcis dr. I.
Oxymellis Colchici unc. ſemis.

M. Sumat omni bihorio cochlear I.

CUCUMIS ASININUS.

1557. VINUM MEDICATUM CAPIVACCII

In Hydrope.

℞. *Pulv. rad. cucum. aſinin.* dr. ſemis.
Infunde in *vini hiſpanici* libr. I,
Stet in digeſtione frigida per noctem.

Divide in doſes tres, mane tribus diebus abſumendas.

ESULA.

1558. PULVIS

Catharcticus in Leucophlegmatia.

℞. *Rad. Eſulae in lacte vel aceto* nycthemeri Spatio maceratæ, & dein ſiccatæ gr. X-XV.

Fiat pulvis pro doſi, ſumatur ex vino, vel alio liquore conveniente.

1559. ALIUS

Similis in Hydrope.

℞. *Pulv. cort. rad. eſulae* gr. X.
Cryſtal. tartar.
Nitri puri ana gr. XX.

M. F. pulvis.
D. ut mane pro doſi abſumatur.

1560. HAU-

1560. HAUSTUS

In eandem indicationem.

℞. *Cort. rad. eſulae* dr. I.
Infunde in *vini auſtriaci boni* unc. III.
Stet in digeſtione frigida per noctem, dein adde
Syrup. de Spina cervin. dr. III.
D. ut æger matutino tempore pro una doſi ſumat.

EUPHORBIUM.

1561. PULVIS

Contra cariem oſſium.

℞. *Pulv. Myrrhae* dr. I.
— *Euphorbii* dr. ſemis.
M. Inſpergatur oſſibus carióſis cavendo a carnibus ſanis

1562. LINIMENTUM

Reſolvens tumores duros, etiam glandulas.

℞. *Extracti Cicutae*
Unguent. ſplenet. ana unc. II.
Olei euphorbii unc. I ſemis.
M. hoc pars prius vapori aquæ expoſita bis de die inungatur.

1563. ALIUD

Ad membra paralytica.

℞. *Unguent. paralytic.*
— — *nicotian.* ana unc. II.
Spiritus ſalis ammoniac. dr. III.
Olei euphorb. unc. I.

M. Hoc pars affecta de die aliquoties perfricetur, & dein vinaceis calefactis foveatur.

HEL-

HELLEBORUS NIGER.

1564. PILULAE

Emmenagogæ in cauſa mucoſa alterantes, etiam in paralyſi utiles, & ubi incidendum & ſtimulandum.

℞. *Pulv. rad. Hellebor. nigri* dr. ſemis.
— *Myrrhae* dr. I.
Extract. Cicutae dr. I ſemis.
Olei tartari p. deliq. q. ſ.

Ut F. pilulæ gr. III. Sumat omni trihorio V.

1565. ALIAE

Stimulantiores in iisdem morbis, & ſoporoſis apoplecticis a cauſa mucoſa.

℞. *Pulv. rad. Hellebor. nigr.* dr. I ſemis.
— *Myrrhae*
Flor. ſalis ammon. mart. ana dr. ſemis.
Sapon. venet.
Extract. ſabinae ana dr. I.
Elixir. pptis q. ſ.

Ut F. pil. gr. III. Sumat omni bihorio tres.

1566. INFUSUM

Alterans, purgans in Mania.

℞. *Radicul. Helleb. nigr conciſar.* dr. III.
Salis polychreſt. dr. I ſemis.

Infunde in ſ. q. aquæ fervidæ per quadrantem horæ Colaturæ libr. I. adde

Syrup. de Spina cervina unc. II.

M. Sumat omni hora vaſculum, donec purgetur.

1567. ALIUD

Alterans in mania incidens, in Apoplexia frigida, Paralyſi, Lethargo &c.

℞. *Pulv. Hellebor. nigri* unc. ſemis.
Salis Tartari dr. I ſemis.

Terantur in mortario invicem, his dein ſuperaffunde *vini auſtriaci tenuis* libr. I.

Stent in frigida digeſtione per horam. Colaturam expreſſam exhibe.

Sumat omni hora vaſculum.

1568. CLYSMA

Excitans purgans in Apoplexia & lethargo a cauſa frigida absque febre.

℞. *Extract. Hellebor. nigri* dr. ſemis.
Pulp. colocynthid. gr. X.
Salis gemmae dr. I.

Rite ſubactis in mortario adde

Juris carnium unc. X.

M. Injiciatur.

HEL-

HELLEBORUS ALBUS.

1569. OXYMEL HELLEBORATUM GESNERI MAJUS CORRECTUM

In morbis pituitoſis, & ſimilibus egregium incidens alterans.

℞. *Herb. Hyſſop.*
— *Pulegii*
— *Marrub.*
Cort. inter. ſambuc. ana M. I.
Sem. Aniſi unc. I.
Rad. Angelic.
— *Irid. noſtr.* ana unc. ſemis.
Radicul. Helleb. nigr.
— — *albi* ana dr. III.

Omnia ſciſſa, trita infunde in
Aceti acerrium libr. VI. in loco calido per tres dies.

Decoque in terreo aut lapideo vaſe ad dimidium fere: Colaturæ adde
Mellis deſpumat. vel roſacei libr. I.

Potes etiam Mellis & Sacchari partes æquales accipere; Coque demum ad conſumptionem aceti, ut F. Syrupus, ſub finem adde
Pulv. Caryophyllor.
— *Croci*
— *Macis* ana dr. I ſemis.

Miſce exacte, & ſerva in vaſe vitreo.

1570. OXI-

1570. OXIMEL HELLEBORAT. GESNERI Minus.

℞. *Herb. Calaminth.*
— *Thymi*
— *Pulegii* ana pug. II.
Sem. Anis.
— *Foenic.*
— *Ocim.*
— *Urtic. roman.*
— *Aneth.* ana dr. I.
Rad. Angelic.
— *Foenic.*
— *Scillae*
— *Irith. noſtr.*
— *Turbith.* ana unc. I.
Helleb. albi
Eſulae praeparat. ana dr. II.
Rad. Aſar. dr. ſemis.
— *Galang.*
— *Calam. aromat.* ana dr. I.

Infunde trita omnia in *Aceti fortiſſimi* libr. II. & ſemis triduo in ſole vel loco calido in vaſe vitreo obturato. Dein bulliat in terreo aut lapideo vaſe fere ad dimidium. Demum adde
Sacchari
Mellis communis vel roſacei ana unc. V.
Fiatque Syrupus, qui aromatizetur cum Croci, Cinnamomi, Macis ana ſcrup. II. Servetur uſui.

Vires medicatæ utriusque Oxymellis ſunt incidentes, aperientes, alterantes in epilepſia, aſthmate aliisque morbis gravibus frigidis, Oxymel majus rarius præſcripſit GESNERUS, plerumque minori uſus eſt.

Doſis eſt dr. I ſemis II. in unciis aliquot alicujus decocti convenientis, & uncia I Syrupi. Datur tribus quatuorve vicibus cochlear I, vel II. de die.

1571. UN-

1571. UNGUENTUM

In ſcabie.

℞. *Pulv. Helleb. alb.*
Salis ammoniac. crud. ana dr. I.
Axung. porcin. unc. II.
Olei roſacei gutt. X.
M. F. Unguentum.
D. ut bis de die locus ſcabioſus inungatur.

HERMODACTYLUS.

1572. PULVIS

In amauroſi incipiente, catharacta &c. alterans, reſolvens.

℞. *Pulv. hermodactylor.* dr. I ſemis.
— *Millepedum* dr. ſemis.
— *Hellebor. nigri* gr. XX.
M. F. pulv. dividatur in pulveres IV. ſumat mane & veſperi unum.

1573. ALIUS

In eodem caſu purgans.

℞. *Pulv. Hermodactyl.* dr. ſemis.
— *rad. Jalappae* gr. XV.
M. F. pulvis, detur pro doſi.

1574. ALIUS

Ad morbos articulorum arthriticos.

℞. *Pulv. Hermodactyl.* gr. XX.
— *Hellebor. nigri*
— *Antimon. crudi* ana gr. IV.
M. F. pulvis, & fiant tales, quot lubet. Detur unus pro doſi, ſuperbibendo infuſum Chamæpytios.

1575. PI-

1575. PILULAE

Reſolventes in amauroſi, Peralyſi, & aliis minimorum vaſorum obſtructionibus.

℞. *Pulv. Hermodactyl.* dr. I.
— *Hellebor nig.* gr. XII.
Panaceae Antimon. gr. X.

Exacte invicem mixtis adde
Extracti Cicutae dr. II.
Balſ. Copaiv. q. ſ.

Ut fiant pilulæ gr. III. Sumat omni trihorio tres.

1576. POTUS ORDINARIUS

Ad Arthritidem & morbos articulares.

℞. *Rad. Polypod.*
— *Hermodactyl.*
— *Bardanae*
— *Sarſaparill.* ana unc. IV.
Raſ. ligni ſancti unc. II.

Conciſis commixtis ſuperaffunde
Aquae commun. menſur. IX.
Vini albi menſur. III.

Stent in digeſtione integra nocte, dein leniter tribus horis ebulliant, refrigeratum liquidum filtretur, reſiduis fæcibus de novo ſuperaffundantur aquæ menſuræ ſex, vini duæ, bulliant ad remanentiam tertiæ partis, decantetur liquor & priori affundatur, detur pro potu ordinario.

NIGELLA.

1577. PULVIS

Ad vermes enecandos, ac expellendos.

℞. *Semin. nigellae*
— *ſantonic.* ana gr. X.
Rad. jalapp. gr. V-X. pro ratione ætatis.
Cinnabar. nativ. gr. VI.
Turbith. mineral. gr. I.
M. F. pulvis, dentur tales No. IV.
Detur omni ſeptimana pulvis unus, aut duo.

1578. ALIUS

In ſcopum errhinnum.

℞. *Sem. Nigellae*
Folior. Majoran. ana dr. I.
M. F. pulvis ſternutatorius.
Ut aliquoties de die parum naribus attrahatur.

TIGLIAE GRANA.

1579. BOLUS

Contra tænias pro adulto.

℞. *Aſae foetidae* gr. V.
Mercur. dulcis
Gran. Tigliae ana gr. II.
Mellis q. ſ.
Ut fiat Bolus pro doſi & ſ. tales No. V. Omni altero die ſumatur unus.

CLASSIS SECUNDA

VENENORUM STUPEFACIENTIUM.

BELLADONNA.

1580. POTUS THEATUS

In cancro mammæ nondum aperto vel aperto, ubi acrimonia corrodens adeſt & fungoſa caro.

℞. *Fol. Belladonnae* pondus gr. I.

Detur in ſextuplo, infunde doſim unam in aquæ ebullientis unc. X. poſt aliquot ebullitiones digeratur, & bibat æger forma potus thée aliquot diebus, dein, dum amplius non afficitur, doſes duæ ſumi poſſunt.

CICUTA.

1581. PILULAE

Diſcutientes, reſolventes ad pertinaces indurationes ſcirrhoſas. Magnif. STOERCK.

℞. *Extract. Cicut. r.* dr. III.
Pulv. Fol. Cicut. q. ſ.

Formentur inde pilulæ granor. II.

Doſis ab initio a pilula una ad duas, tres ſemper doſim augendo.

1582. ALIAE

Fortiores ad eandem indicationem.

℞. *Pulv. rad. Cicut.* dr. II.

Mucilaginis gummi tragacanth. q. ſ.

Ut fiant pilulæ gr. II.

Conſpergantur pulvere cinnamomi.

Sumat mane & veſperi pil. I. II.

1583. ALIAE

In reſtitantibus menſtruis ex obſtructione, cauſa pituitoſa.

℞. *Extract. Cicut.* dr. II.

Pulv. Myrrh.

Maſſ. pil. Ruff. ana dr. I.

Balſami Copaivae q. ſ.

Ut fiant pilulæ gr. III.

Sumat ter de die pilulas quatuor.

1584. ALIAE

In eodem caſu, aut etiam ſcirrho.

℞. *Olei tart. p. deliq.* dr. I.

Sapon. venet. dr. I ſemis.

Extract. Cicutae dr. II.

Elixir propriet. q. ſ.

Ut F. pilulæ gr. III. Sumat ter de die tres, ſenſim aſcendendo.

1585. MIXTURA

Solvens in ſcirrhoſis, & ſcrophuloſis indurationibus.

℞. *Extract. Cicutae* dr. I.

Aq. Flor. ſambuci unc. VI.

Syrup. 5. rad. aperient. unc. I.

Sumat omni hora cochlear unum.

1586. ALIA

1586. ALIA

In vomitu pertinaci proficua.

℞. *Extract. Cicut.* dr. ſemis.
Syrup. Pap. albi unc. I.
Aquae Meliſſae unc. IV.
Laud. liquid. Syd. gutt. X.

M. Sumat omni hora cochlear unum.

1587. ALIA

In ulceribus fœtidis linguæ & oris.

℞. *Extract. Cicut.*
Mucilag. Gummi tragacanth. ana dr. ſemis.
Syrup. diacod. unc. I.
Aq. flor. Sambuc. unc. VI.

M. Sumat omni hora cochlear unum ſenſim deglutiendo.

1588. COLLUTORIUM

In eodem caſu.

℞. *Herb. Cicut. r.* manip. II.

Infunde ſ. q. Aquæ fervidæ vaſis clauſis, Colaturæ libr. I. adde
Mellis Roſar. unc. I.
M. D. ut os ſæpe colluat.

1589. LINIMENTUM

In Aphthis peſſimis oris.

℞. *Extract. Cicut.* dr. II.
Solve in *Aq. ſcordii* unc. I.
admiſce *Mellis roſar.* unc. I.

D. ut aliquoties de die ulcuſcula illinantur.

1590. ALIUD

In ſcrophulis clauſis.

℞. *Extract. Cicutae* unc. ſemis.
Spirit. ſal. ammoniac. dr. ſemis.
Olei lacertarum unc. II.

M. & partem ſufficientem applica.

Dein foveri poteſt fomento cicutæ aut ejus cataplasmate.

1591. ELECTUARIUM

In morbis ſcrophuloſis, ſcirrhoſis, etiam cutaneis utile.

℞. *Herb. recent. Cicut.* unc. I.
Sacchari albi unc. II.

Fiat l. a. conſerva, cui adde

Syrup. de Eryſimo q. ſ. ut F. electuar.

De quo ter de die ſumat ad nucis moſchatæ magnitudinem.

1592. INFUSUM

Antiſepticum in cancro.

℞. *Herb. Cicut.*
Fol. Malv. ana M. I.
Glyzyrrhiz. unc. ſemis.

Conciſa infunde ſ. q. Aquæ fervidæ vaſe clauſo, ſtent parum in digeſtione. Colaturæ libr. II. adde

Syrup. de Cicuta vel
— *de Eryſ. Lob.* unc. I.

M. Sumat omni trihorio vaſculum.

1593. LAVAMENTUM

Ad fiſtulas & ſinus peſſimos, ulcera difficiliora.

℞. *Herb. r. Cicut.* m. II.
Summitat. Abſinth. m. ſemis.
Flor. Sambuc. pug. III.

Infunde in ſ. q. Aq. fervid. vaſis clauſis per quadrantem horæ.

Colatura libr. I. detur pro lavamento.

1594. ALIUD

In eundem ſcopum.

℞. *Aquae ſtill. Cicut.* unc. X.

In quibus diſſolve
Extract. Cicut. dr. II.

Detur pro lavamento.

1595. ALIUD

In eodem caſu, ubi magis ſtimulandum.

℞. *Herb. Cicut. recent.* M. I ſemis.
— *Ruthae*
— *Abſinth.* ana M. ſemis.

Conciſa infunde in aq. fervid. libr. I ſemis per mediam horam, ſtet parum in digeſtione, Colaturæ expreſſæ libr. I. adde
Spiritus ſalis acid. gutt. XXX.

Dr. Detur pro lavamento.

1596. MATRATIUM

Ad dolores, & tophos articulorum reſolvens.

℞. *Herb. Cicut.* q. ſ.

Conciſa detur ad ſacculum, immitatur per aliquot minuta in lixivium cinerum, expreſſo dein ſuperfluo liquido applicetur parti.

1597. EMPLASTRUM

Reſolvens ad ſtrumas.

℞. *Emplaſtr. de Cicut.* unc. I.
Gummi Elemi dr. I ſemis.
Mercurii vivi terebinthina ſubacti dr. I.

M. F. Emplaſtrum.

1598. PULVIS

Ad ulcera verminoſa ſordida.

℞. *Pulv. Herb. Cicut.* unc. ſemis.
— *Myrrh:* dr. I.
Mercurii dulc. gr. X.

M. F. pulvis, de quo bis de die aliqua portio inſpergatur ulceri; aut addito Unguento de Arthanita plumaceolis excepta portio imponatur.

1599. UNGUENTUM

Maturans in ulcere cancroſo ichoroſo, ut pus bonum obtineatur.

℞. *Pulv. Herb. Cicutae* unc. ſemis.
Eſſent. Myrrh. dr. I.
Oxymellis unc. II.

M. D. ut plumaceolis exceptum hoc ulcus deligetur.

1600. INUNCTIO

Ad ulcera venerea faucium.

℞. *Extract. Cicut.* dr. III.
Mellis roſae. unc. I.
Aq. calcis viv. vel
Liq. vegeto-mineral. unc. II.

D. uſui, ut penicillo ulcera frequenter inungantur.

1601. VA-

1601. VAPOR

In ſcirrhoſis mammarum tumoribus aliisque indurationibus glanduloſarum partium.

℞. *Herb. Cicut. r.* M. II.

Coque in ſ. q. Aquæ vaſe clauſo, appoſito operculo cannula plus minusve longa inſtructa vaporem ad locum affectum dirige, ter quotidie per quadrantem horæ.

1602. FOMENTUM

In exulceratione cancroſa narium faciei, & omni ſuperficitate corporis.

℞. *Recent. Onopordi*
— *Cicutae* ana unc. III.

Exprimatur ſuccus, lintea in hunc immerſa applicentur. Succus Onopordi ſolus ſæpe ſufficit.

DATURA SEU STRAMONIUM.

1603. PILULAE

In mania, aut epilepſia Magnif. STOERCK.

℞. *Extract. Strammon.* dr. II.
Formentur inde pilulæ gr. ſemis.

D. ut æger ter de die unam ſumat, caute doſim augendo, ſi bene ferat æger.

DULCAMARA.

1604. DECOCTUM

In Phthiſi.

℞. *Stipit. Dulcamar. contus.* unc. ſemis.
Aquae communis unc. X.

Coque per quadrantem horæ, de Colatura ſumat omni bihorio unc. I. cum unc. I. Lactis ſaccharati.

1605. ALIUD

In Arthritide, Rheumatiſmo.

℞. *Stip Dulcamar. contuſor.* unc. I.
Raſur. ligni Sanct. unc. ſemis.
Aquae libr. I ſemis.

Coque vaſis clauſis per quadrantem horæ; Colaturæ adde
Roob Sambuci unc. I.

M. Sumat omni hora vaſculum calide.

1606. INFUSUM

In eundem ſcopum.

℞. *Stip. Dulcamar. contuſ.* unc. I ſemis.
Radicul. Hellebor. nigr. contuſ. dr. I.
Flor. Sambuc. manip. ſemis.
Aquae fervidae libr. II.

Stent in digeſtione calida per mediam horam, Colaturæ adde
Roob Sambuc. unc. I ſemis.

Sumat omni hora vaſculum calide. Si eſſet, commodius poſſent hæ ſpecies conciſæ dari pro Thee, & pugilli duo ſumi pro una infuſione.

HYOSCYAMUS.

1607. PILULAE

Iu melancholia, mania, hæmoptoë, palpitatione cordis, ac præcipuis morbis convulſivis. Magnif. STOERK.

℞. *Extract. Hyoſcyami* dr. II.
Formentur inde pilulæ gr. I.

D. ut ter de die unam ſumat, doſim ſenſim augendo.

1608. ALIAE

1608. ALIAE

In eundem ſcopum.

℞. *Extract. Cicut.* dr. II.
— *Hyosciam.* gr. XX.

M. F. pilulæ gr. II. conſpergantur pulvere liquiritiæ. Sumat quinque ter de die, ſuperbibendo vaſculum juſculi, vel infuſi cujuscunque.

LAUROCERASUS.

1609. INFUSUM

In Phthiſi.

℞. *Flor. Lauroceraſi* No. III.

Infunde per mediam horam in *lactis fervidi* libr. I. Sumat ad libitum.

SOLANUM.

1610. INFUSUM

In hæmiplegia ſolvens alterans, perſpirationem, urinam vel alvum movens.

℞. *Solani* gr. I.

D. pro doſi, & dentur tales No. V. Sumat omni tertia die doſim unam infuſam per quadrantem horæ in uncia una aquæ calidæ.

1611. ALIUD

In Hydrope.

℞. *Pulv. Solani* gr. II.
— *Rad. Hellebor. nigri* gr. X.
Ciner. clavellator. dr. I.

Tritis adde
Baccarum Junip. contuſar. unc. ſemis.
Vini tenuis albi libr. I ſemis.

Stent in digeſtione calida per horam. Sumat per decantationem omni hora vaſculum.

CLAS-

CLASSIS TERTIA

VENENORUM

FOSSILIUM ACIDORUM.

VITRIOLUM.

1612. JULEPUS

In febribus putridis billioſis.

℞. *Aq. Decoct. ſecalis* libr. I.
Spiritus vitrioli dr. ſemis
Roob Ribeſior. unc. I.

M. Sumat omni bihorio vaſculum.

1613. ALIUS

Similis excitans antiſepticus in morbis malignis putridis.

℞. *Infuſi Roſar. rubr.* libr. I.
Aquae totius citri unc. IV.
Spiritus vitrioli dr. I.
Roob Ribeſior. unc. I.

Sumat pro libitu: poteſt & addi vinum, ſi e re eſt.

1614. ALIUS

Similis in variolis confluentibus cum mictu cruento.

℞. *Infuſi roſar. rubr.* libr. I.
Spiritus vitrioli dr. I ſemis.
Laud. liquid. Sydenh. gutt. XX.
Syrup. myrtillor. unc. I.

M. Sumat omni hora cochlearia III.

1615. ELECTUARIUM

In dyſenteria, & conſimilibus morbis a cauſa putrida bilioſa, præmiſſo Rheo toſto.

℞. *Conſerv. Acetoſae*
— — *Roſar. rubr.* ana unc. ſemis.
Spiritus vitrioli gutt. XX.
Mivae Cydonior. unc. ſemis.
Boli armen. dr. III.
Laud. liq. Sydenh. gutt. XX.
Mucilag. Gummi arab. unc. I.

M. Sumat omni trihorio nucis juglandis magnitudine.

1616. GARGARISMA

Ad os eluendum, mundandum, & ſitim fallendam in febribus.

℞. *Aquae Decoct. hord.*
— *Roſar.* rubr. ana unc. VI.
Mellis roſar. unc. I ſemis.
Spirit. vitriol. dr. II.

M. D. pro Collutorio.

1617. MIX.

1617. MIXTURA

Incidens ſaponacea in aſthmate pituitoſo.

℞. *Aquae Hyſſopi* unc. X.
Spiritus ſulphur. per camp. dr. I.

Mixtis inſtilla

Liquor C. C. q. ſ. ad ſaturationem.

Dein adde

Gummi ammoniac. aceto ſquillitico ſoluti dr. I.
Syrup. de Hyſſopo unc. I.

M. Sumat omni bihorio cochlearia duo.

Aliæ acidorum foſſilium præſcriptiones videri poſſunt ſub ſuis capitibus, VITRIOLI, NITRI, SALIS COMMUNIS &c.

CLASSIS QUARTA

VENENORUM ALCALINORUM.

SALIA ALCALINA FIXA.

1618. PULVIS

Antiemeticus incidens pariter in glutinoſo ſpontaneo.

℞. *Salis Tartari* gr. XX.

Pulv. Lap. cancror. dr. ſemis.

Exhibe in ſucci citri unc. I ſemis mixta ſumat in actu efferveſcentiæ pro doſi.

1619. ALIUS

Digeſtivus ſtomachicus in glutinoſo ſpontaneo, etiam in febribus intermittentibus dandus.

℞. *Salis abſinth.*

— *Tart. vitriolati.*

Pulv. rad. ari ana dr. I.

M. Divide in doſes VI. Sumat mane & veſperi unum.

1620. ALI-

1620. ALIUS

Abſorbens in juniori ætate.

℞. *Salis ſodae* gr. V.
Pulv. lap. cancror. gr. XV.

M. F. pulvis. Sumantur in lacte pro doſi.

1621. VINUM

In Hydrope diureticum.

℞. *Fol. Abſinth.* manip. II.
Cinerum geniſt. libr. ſemis.
Vini auſtriac. montan. libr. IV.

Stent in digeſtione per noctem. Decantato liquori adde

Oxymell. Colchic. unc. III.

D. Sumat æger ter quater de die unc. II. III.

1622. FOMENTUM

In tumoribus lymphaticis gelatinoſis, etiam lacteis reſolvens diſcutiens.

℞. *Herb. ſcordii* manip. I.
Radicul. Hellebor. nigr. unc. ſemis.
Salis tartari
— *Ammoniaci* ana unc. ſemis.
Aquae q. ſ.

Coque per quadrantem horæ, Colatura expreſſa inſerviat uſui.

1623. ALIUD

1623. ALIUD SIMPLICIUS

℞. *Sapon. nigri* unc. II.
Lixivii cinerum unc. X.

In calefactum liquorem intinge pannos laneos vel lintea, & calide applica parti.

1624. MIXTURA

Salina, ſaponacea incidens, ſtimulans, diuretica in Hydrope.

℞. *Salis ſodae* dr. I.
Olei ſtill. Baccar. junip. dr. ſemis.

exacte ſubactis ſenſim adde terendo.

Aq. ſtill. Baccar. junip. unc. X.
Salis ammoniac. dr. I.
Salis Baccar. Junip. unc. I.

M. Sumat omni hora cochlearia duo.

1625. GUTTULAE

In acido infantum & horum torminibus ad convulſiones usque increſcentibus.

℞. *Tinct. ſalis Tart.* gutt. XII.
Laud. liquid. Sydenh. gutt. IV.

M. Guttæ VIII. *lacti nutricis* inſtillentur, & dentur pro doſi.

1626. ALIAE

In calculo, & renum affectibus mucoſis, aut purulentis.

℞. *Tinct. ſalis tart.* unc. I ſemis.
inſtilla ſenſim
Balſam. de Copaiv. dr. III.
Digerantur l. a.

Sumantur ter aut quater de die gutt. XV. in unc. I. decocti uvæ urſi vel virgæ aureæ.

1627. ALIAE

Diureticæ.

℞. *Balſam. peruvian.* gutt. XX.
Tinct. ſalis Tartar. dr. III.

Dentur guttæ XL. in infuſo diuretico omni trihorio.

1628. POTUS

In tophis podagricis, exoſtoſibus, & aliis difficilioribus tumoribus.

℞. *Salis Tart. cum tripla quant. calcis vivae parati.* dr. III.
Aquae ſtillat. Sambuc. q. ſ.

Ut ſolutio guſtata nullum linguæ dolorem imprimat; intingantur lintea in liquorem calefactum, & applicentur parti; repetatur.

1629. UNGUENTUM

Ad cancrum apertum linguæ, mammarum, ſeu ſepticum DEGNERI.

℞. *Salis alcal. ex ſarment. vitis* dr. II.
Calcis vivae dr. I.

Funde in crucibulo amplo igne aperto per aliquot horas, elixivetur ſal pauca aqua, & in hoc liquore ſolve

Opii puriſſimi gr. II. IV.
Tinct. Myrrhae unc. ſemis.

M. Penicillo partes obliniantur.

SALIA ALCALINA VOLATILIA.

1630. MIXTURA

In morſu viperarum.

℞. *Salis volat. oleoſ.* dr. ſemis.
Laud. liquidi gutt. XV.
Syrup. diacodii unc. I.
Aquae ſtillat. Ruthae unc. V.

M. Sumat omni hora cochlear, ſuperbibendo infuſum Thée.

1631. ALIA

In eodem caſu.

℞. *Salis volat. viperarum* dr. I.
Aceti deſtillat. unc. ſemis.

Quietis adde

Laud. liquid. Sydenh. gutt. XX.
Aquae theriacalis unc. I.
— *Ruthae* unc. X.
Roob Sambuc. unc. I.

M. Detur ut prior.

1632. ALIA

Concentrata in eodem caſu.

℞. *Salis volat. viperar.*
— *volat. oleoſi* ana gr. XV.
Olei ſuccini.
Spirit. ſalis ammon. ana dr. I.

M. Sumat in vaſculo theato guttas XV. ter, aut quater de die.

1633. ALIA

In affectibus ſoporoſis, apoplexia, aſthmate, paralyſi, convulſionibus a cauſa frigida.

℞. *Salis volat. oleoſi.*
— *polychreſt.* ana dr. I.
Trochiscor. alhandal. dr. ſemis.
Aq. ſtillat. rutae unc. X.
Syrup. de Cinnamomo unc. I.

M. Sumat omni bihorio cochlearia duo.

1634. PULVIS

Aperitivus in Podagra ab acido conveniens.

℞. *Pulv. lap. cancror.* gr. XV.
— *rad. gentian.* gr. X.
Salis volat. C. C. gr. V.

M. Detur in ſextuplo. Sumat omni mane unum in theato ſaſſafras bene tectis pedibus.

1635. ODORAMENTUM

Excitans nervinum in animi deliquio, ſpirituum ataxia, languore &c.

℞. *Salis ammoniac. pulv.* dr. I.
Ciner. clavellat. dr. ſemis.
Olei ſtill. menthae gutt. X.

M. D. ad pyxidem bene clauſam pro odoramento.

1636. ALI-

1636. ALIUD

Mentem excitans, pituitam narium colliquans.

℞. *Sal volat. Sal. ammoniac.* dr. ſemis.

Imbuatur probe *Olei ſtillat. majoranae* gutt. VI.

Detur ad pyxidem pro odoramento, naribus ſæpius admovendo.

1637. SPIRITUS

Diaphoreticus.

℞. *Salis volat. oleoſ.* dr. II.

Dr. Sumat æger guttas XL. in vaſculo theato ſambuci calido bis, ter de die donec probe ſudet.

CLASSIS QUINTA.

VENENORUM DRASTICORUM.

CUPRUM.

1638. PULVIS COTHENII

In morſu canis rabidi ad prævertendam Hydrophobiam.

℞. *Raſur. cupri* gr. X.

D. in triplo. Sumatur per tres dies mane doſis una in fruſtillo panis butyro illiti.

1639. TINCTURA BOERH.

Diuretica, valida in Hydrope.

℞. *Limaturae cupri* gr. X.

Salis volat. oleos. dr. VI.

M. F. Mixtura.

D. ut vacuo Stomacho ter de die guttas XII. capiat ex Syrup. rad. 5. aperient. uncia ſemis.

1640. UN-

1640. UNGUENTUM CALCIS AERIS

Ad reprimendam carnem luxuriantem, abſumendos fiſtularum callos.

℞. *Unguent. Aegypt.*
— — *Baſilic.* ana unc. I.
Calcis aeris dr. II. III.
Pulv. Sabin. dr. I ſemis.
Miſce F. Unguentum.
Quo partes affectæ inungantur, partes vero circumjacentes debite defendantur.

SULPHURIS CUPRI Præparatio.

Vitriolum cyprinum ſolvitur in aqua pluvia, ſolutio filtratur, filtrato liquori imponitur lamina ferrea tenuiſſima; cuprum adhærens laminæ ferreæ detergatur & aqua ſæpius abluatur. Dein
℞. *Cupri ſic abluti* unc. III.
Mercur. puriſſ. unc. IX.

Hæc ambo diu in mortario forti vitreo trita infrapoſito leni igne abeunt in amalgama. His factis tres adhuc unciæ Mercurii in partes æquales diviſæ ſimili modo binis vicibus addantur; hoc amalgama digeratur per menſem in cucurbita vitrea in arena calore 100. graduum. Amalgama tunc fuſcum redditum tritum cum aqua pluvia, dat pulverem ex viridi nigricantem, qui ſiccatus eſt ſulphur Cupri.

1641. PULVIS

In Epilepſia.

℞. *Sulphur cupri* gr. ſemis I.
Pulv. lap. cancror. ſcrup. I.
M. F. pulvis matutino tempore ſumendus. Repetatur.

1642. TINCTURA AERUGINIS

Proficua injectionibus contra gonorrhœam.

℞. *Aeruginis* dr. I.
Salis ammon.
Spirit. vini rectif. ana unc. ſemis.

Digerantur donec tinctura appareat profunde cærulea, hujus gutt. XX. diluantur in unc. I. Decocti Althææ & injiciantur, dein vero & ipſa pura injici poteſt, ſed ſcire juvat, quando conveniat, & ſemper caute procedendum.

1643. AQUA

Naribus attrahenda, dum inſecta in ſinubus frontalibus & oſſe cribriformi nidulantur.

℞. *Vitrioli cupri* gr. I.
Solve in aquæ unc. ſemis.
D.

ANTIMONIUM.

1644. PULVIS

Præparato prius corpore in Rheumatiſmo, Arthritide, Iſchiatide, Podagra.

℞. *Pulv. lap. cancror.* ſcrup. I.
— *Antimon. diaphor.* gr. XV.
— *Antimonii crud.* gr. VI.

M. Detur in ſextuplo; Sumat duas doſes de die in theato ſaſſafras bene tecta parte, aut corpore.

1645. ALIUS

1645. ALIUS

In ſcabie.

℞. *Pulv. lap. cancror.* gr. XII.
— *flor. ſulphuris* gr. X.
— *Antimon.* gr. V.

D. in ſextuplo. Sumat ut prius.

1646. DECOCTUM

In ſcabie aliis morbis cutaneis, ut & venereis depurans, utile pariter in paralyſi.

℞. *Rad. Bardanae* unc. ſemis.
Raſ. ſaſſafras unc. I.
Antimonii groſſe contriti & in nodulo colligandi unc. I.
Aqua fluviatilis libr. III.

Coque per horam, Colat. adde
Syrup. Rad. 5. aperient. unc. II.

M. Sumat, ſi ferat omni bihorio vaſculum, ſi non, tum minores doſes.

1647. TROCHISCI

Antimoniales in Rheumatismis, Arthritide, Scabie &c.

℞. *Antimon. crud. pulver.* dr. I.
— — *diaphoret.* dr. II.
Pulveris lapid. cancror. dr. I ſemis.
Sacchari albiſſ. unc. II.

Exactiſſime mixta cum ſ. q. *mucilaginis gummi Tragacanthae* redige in trachiſcos drachmæ ſemis.

Sumat quater de die unum, ſuperbibendo infuſum Saſſafras.

VITRUM ANTIMONII.

1648. HAUSTUS EMETICUS

Pro delicatulis mulieribus.

℞. *Aquæ ceraſor. nigror.* unc. III.
— *naphae* gutt. XXX.
Syrup. emetici dr. III.

D.

1649. DECOCTUM

Alterans & in febribus quartanis rebellibus utile.

℞. *Decoct. Cort. peruv.* libr. I.
Aquae naphae unc. I.
Vini antimonialis unc. ſemis.
Syrup. Cinnamom. dr. II ſemis.

M. Sumat æger bis vel ter de die cochlearia duo.

1650. ALIUD

In Rheumatismo & huic affinibus morbis.

℞. *Infuſ. ivae arthrit.* libr. II.
Vini antimonial. unc. ſemis.
Syrup. Radic. 5. aperient. unc. II.

M. Sumat omni trihorio vaſculum frigide vel calide cum regimine diaphoretico.

Nota

Nota I. in morbis venereis & hic affinibus ſimiles formulas fieri poſſe cum Decocto Lignorum.

Nota II. Cum aliis vehiculis appropriatis dari poſſe in tuſſi vehementiſſima, oppreſſionibus aſthmaticis, in rheumatismis obſtinatis in frigidis affectionibus, ſcorbuto, leucophlegmatia & ictericis, in inveterata epilepſia, maxime in febribus lentis intermittentibus, remittentibus catarrhalibus & peripneumonia notha, imo etiam in pleuritide & peripneumonia vera, ſi ſputa ſuppreſſa ſint, aut lentius procedant, ſic & in variolis, ſi non concoquuntur, nec elevantur, nec ætatis ratio haberi debet, modo illi medicamenti doſis adaptetur, quod vel alterans ſit vel diaphoreticum vel purgans vel emeticum.

VITRUM ANTIMONII CERATUM.

1651. PULVIS

In dyſenteria, catarrho ſuffocativo pro adulto.

℞. *Pulv. lap. cancror.* gr. XV.
— *vitri antimon. cerat.* gr. V-X.

Detur in triplo, & ſumatur ſingulo mane doſis una.

ANTIMONIUM DIAPHORETICUM.

1652. MIXTURA

Incidens, expectorans in morbis pituitoſis pulmonum.

℞. *Stibii diaphoret. non ablut.* dr. I.
Nitri puri dr. ſemis.
Aquae ſtillat. Hyſſopi unc. VIII.
Syrup. de Hyſſopo unc. I.

M. Sumat omni hora cochlear.

TAR-

TARTARUS EMETICUS.

1653. PULVIS

Emeticus pro adulto.

℞. *Tart. emet.* gr. II - III.
Elaeoſacchari cort. aurant. dr. ſemis.

M. Detur pro doſi.

1654. HAUSTUS

℞. *Aquae ſtill. ceraſor. nigror.* unc. III.
Elaeoſacchari cort. aurant. dr. ſemis.
Tartari emetici gr. III.

M. D. pro doſi.

1655. ALIUS

Pro infante unius, duorum annorum.

℞. *Tart. emet.* gr. ſemis.
Aq. ſtill. ceraſor. nigr. unc. I.
Sacchari alb. dr. I.

M. D. pro doſi.

1656. INFUSUM

In glutinoſis pulmonum morbis, orthopnœa, aſthmate, leucophlegmatia, glutine primarum viarum.

℞. *Tart. emet.* gr. III.
Summitat. Hyſſop. M. ſemis.

Infunde in ſ. q. aquæ ferventis per mediam horam: Colat. libr. I adde

Mellis virg. unc. I.

M. Detur cochleatim ſumendum.

Ung. in tussi ferina s. convulsiva
℞. Tartar. emet. ʒij ß,
Axung. porcin. ʒj
[illegible]
[illegible]

SUL-

SULPHUR AURATUM ANTIMONII.

1657. PULVIS

In Catarrho ſuffocativo, in tuſſi ferina infantum.

℞. *Sacchari albi* gr. XII.
Gummi arab. gr. VIII.
Antimon. diaph. non ablut. gr. V.
Nitri puri gr. III.
Sulphuris aurat. Antimon. tertiae praecipit. gr. ſemis.

Detur in octuplo, ſumat infans omni trihorio doſim unam.

1658. ALIUS

In ſpaſmis, convulſionibus hypochon. hyſter. & morbis exanthematicis, ſive ubi ad ſuperficiem corporis materia non deponitur, ſive ubi retroceſſit, item in ſcabie achoribus.

℞. *Antimon. diaph. non ablut.* gr. XV.
Fuliginis.
Pulv. lap. cancror. ana gr. X.
Sulphuris aurat. Antimon. tertiae praecipitat. gr. VI,

Detur in triplo. Sumat pro re nata de die duas doſes.

1659. ALIUS

In morbis cutaneis.

℞. *Sulph. aurat. Antimon. tert. praecip.* gr. IV.
Florum ſulphuris gr. XV.
Pulv. lap. cancror. ſcrup. I.

M. Detur in quadruplo. Sumat omni mane unum.

1660. PI-

1660. PILULAE ALTERAN. PLUMMER.

In porrigine capitis, pſora, gonorrhæa, bubonibus, lue venerea, malo iſchiadico contumaci, ulceribus antiquis.

℞. *Sulphur. aurat. Antimon.* SALAE.
Calomel ſexies ſublimati praeter illam mercur. corraſiv. cum mercurio ana dr. I.

Calomel in craſſum pulverem redactum lævigetur ſuper marmor, per vices addendo ſulphuris Antimonii portionem, & diuturno tritu fiat pulv. ſubtilis. Dein

℞. *Pulv. praecedentis* dr. II.
Gummi guajaci dr. I ſemis
Reſin. guajaci dr. ſemis.
Balſam. copaiv q. ſ.

F. Pil. No. XLVIII. Sumat omni mane & veſperi duo cum decocto lignorum.

1661. ALIAE

Similes in iisdem & aliis conſimilibus difficillimisque morbis.

℞. *Sulph. aurat. Antim. 3. praecip.* dr. ſemis.
Calomel. Anglor. gr. XV.

Miſceantur, ut ante dictum, mixtis in ſubtilem pulv. adde
Extract. cicut. dr. II.
Balſam. copaiv. q. ſ.

Ut F. Pil. gr. II. Sumat omni mane & veſperi III. ſuperbibendo infuſum vel decoctum conveniens.

SAPONIS ex ſulphure aurato Antimonii & TINCTURAE ejusdem

Præſcriptio & uſus videri poſſunt in Actis Moguntinis. Tom. I.

CRO-

CROCUS METALLORUM.

1662. LIQUOR

Glutinoſos humores incidens, obſtructiones viſcerum reſerans.

℞. *Croci metallor.* unc. I.
Borac. venet. unc. I ſemis.

Coque in ſ. q. Aquæ per horam ad remanentiam libr. VIII.

Dein colatum liquorem uſui adhibe.

Hujus liquoris colati dentur unc. IV. in aq. font. pur. libr. VIII.

Sumat æger pro exigentia caſus libr. I. II. III. de die.

ARCANUM PHILOSOPHICUM AUREUM.

℞. *Antimon. crud. opt.*
Nitri depurat.
Tart. Crud.
Limatur. Martis ana libr. I.

VEL

℞. *Stib. hungar. crud. opt.*
Limatur. martis urina irroratae & exſiccatae ana libr. IV.
Tart. Crud. libr. III.
Nitri optim. libr. I ſemis.

VEL

VEL

℞. *Stib. hungar. opt.* libr. I.
Limatur. martis puriſſ. unc. IV.
Tart. crud. unc. IX.
Nitri depurat. unc. V. ſemis.

Hæc ſingillatim redige in pulverem, & exſicca; accipe crucibulum, cui candenti cochleatim injice pulveres, ut bene per mediam horam fluant, materiem fuſam infunde cono fuſorio, ſepara regulum a ſcoriis, quas in aqua pluviali tepida ſolve, ſolutas funde in ollam & quater edulcora, filtra per chartam emporeticam, materiam in filtro relictam exſicca & pondera; tum accipe de Nitro crudo tantum, quantum habes de pulvere exſiccato, & detona, peracta detonatione materiem fluentem effunde in laminam ferream, ſolve demum in aqua pluviæ, ſolutam funde in ollam, & committe quieti, ut materia fundum petat, decanta paulatim aquam & quater affuſa aqua edulcora, materiam edulcoratam pone ad chartam emporeticam; exſicca in ſole, tandem redige ſuper porphyritem, in pulverem tenuiſſimum. Hic pulvis in Phthiſi egregios præſtat effectus.

1663. PULVIS

In Phthiſi utilis.

℞. *Pulv. Arcan. philoſ. aur.* ſcrup. I.

Detur pro doſi, & dentur tales No. XII.

Sumat æger de die doſes duas, ſuperbibendo Infuſum vel decoctum conveniens.

KER-

KERMES MINERALE.

1664. PULVIS

Pro infantibus expectorans.

℞. *Pulv. lap. cancror.* gr. V.
Kermes mineralis grani $\frac{1}{4}$ pars.

D. in ſextuplo. Sumantur duo de die in vehiculo grato.

1665. IDEM

Pro adulto.

℞. *Lap. cancror.* gr. XV.
Stib. diaphoret. non ablut. gr. X.
Kermes mineral. gr. I.

M. F. pulvis. D. in ſextuplo. Sumantur duo de die ex cochleari ſyrupi Hyſſopi.

1666. ALIUS

℞. *Kermes mineral.* dr. ſemis.
Farin. liquirit. opt. viridis dr. III.

Miſce exacte, divide in pulveres X. Detur omni quadrihorio unus.

1667. ALIUS

In morbis cutaneis.

℞. *Kermes mineralis* gr. I.
Sacchari gr. XV.

M. Detur in ſextuplo, ſumat mane pulverem in theate ſaſſafras.

1668. MIXTURA

In ſputis tenacioribus ſuppreſſis incidens pro adulto.

℞. *Kermes mineral.* gr. III.
Stibii diaphoret. non ablut. dr. ſemis.
Aquae ſtillat. hyſſopi unc. X.
Syrup. diacod. unc. I.

M. Detur omni hora cochlear I vel II.

1669. TROCHISCI

In iisdem caſibus in uſus officinales parandi.

℞. *Kerm. mineral.* dr. I.
Stib. diaphor. non ablut. dr. II.
Spec. diatrag. ſine ſeminibus unc. II.
Sacchari albiſſ. unc. IV.

Exacte permixta redigantur cum mucilagine Gummi Arabici in aqua ſtillat. Hyſſopi ſolut. in Trochiſcos drachmæ unius ſinguli.

Sumat omni bi-trihorio, prout fuerit neceſſe, unum, vel ſic vel pulveratum in Aqua ſtill. Hyſſopi, vel Syrup. Hyſſ. Althæ. Diacod. &c. prout indicatio eſt.

1670. INFUSUM

In morbis glutinoſis pulmonum, & ſimilibus aliis.

℞. *Kermes mineral.* gr. X.
Capſul. ſem. dictam. albi
vel
Aniſi ſtellati dr. III.
Aq. fervent. libr. I.

Stent in digeſtione calida per horam: Colaturæ adde

Syrup. de Hyſſop. unc. I.

Detur cochleatim.

CLAS-

CLASSIS SEXTA

VENENORUM MECHANICORUM.

nullum medicamentum ſuppeditat.

CLASSIS SEPTIMA

VENENORUM EXSICCANTIUM.

GYPSUM.

1671. PULVIS

Adſpergendus pedibus podagricis ad dolores leniendos.

℞. *Pulv. alabaſtrini ſubtiliſſ.* q. v.

Inſpergatur.

PLUMBI PRAEPARATA.

1672. PULVIS

Locis excoriatis prurientibus inſpergendus.

℞. *Boli armenae* dr. I.
Lithargyrii dr. ſemis.

D.

1673. CANDELULAE D. GOULARD.

In Carunculis urethræ.

℞. *Lithargyr.* libr. ſemis.
Aceti pintam dimidiam.

Ebulliant in aheno per horam, continuo ſpatula lignea agitando, liquidum refrigeratum decanta & in lagena ſerva, dein

℞. *Cerae* libr. I.

Fundatur & huic ſenſim ſub continua agitatione inſtilletur præcedentis.

Aceti Lythargyr. unc. ſemis.

In miſcelam debite factam immerge adaptata lintea convoluta, effingantur l. a. in candelulas; alia vide in MATERIA MEDICA.

1674. EAEDEM

Fortiores in calloſis & fiſtuloſis caſibus.

℞. *Cerae* unc. VI.
Aceti deſcripti unc. I ſemis.

F. Candelulæ ut prius.

1675. CEREI D. OLIVE

In iisdem caſibus.

℞. *Mercurii dulcis* dr. II.
Antimon. crudi pulv. unc. ſemis.
Tutiae praeparat. dr. I.
Olei amygdal. q. ſ.

Ut F. Unguentum.

1676. ALII

1676. ALII,

Pro carunculis durioribus.

℞. *Pulv. Sabinae* dr. IV.
Alum. uſti dr. I.

M. exacte in pulverem ſubtilem, in quem Cereus aqua gummi tragacanthi gravidus immergatur, qui dein ſiccatus oleo amygdalino obliniatur, & in urethram immittatur.

1677. LIQUOR VEGETO - MINERALIS D. GOULARD.

Ad uſus externos forma lavamenti, fomenti, balnei, embroche, ad omnes inflammationes externas, hernias incarceratas &c. quæ cuncta in ejus Operibus Chirurgicis videri poſſunt.

℞. *Aq. fontis* pint. I.
Extract. ſaturn. cochlear Coffée

D. uſui, calide vel frigide applicandum.

Nota, ex hoc in exulcerationibus externis, in ſcabie venerea, ulceribus venereis in noſtris Noſocomiis balnea fieri ægrotantibus admodum proficua.

1678. IDEM

Pro uſu interno.

℞. *Aq. fontan. pur.* pint. I.
Extract. Saturn. gutt. XII.

D. uſui.

1679. GARGARISMA, LAVAMENTUM, FOMENTUM

In Angina inflammatoria maligna gangrænoſa.

℞. *Aq. ſtill. ſambuc.*

— — *Roſar. rubr.* ana unc. VIII.

Extract. ſaturn. gutt. XII.

vel

℞. *Decoct. Cort. peruv.* libr. I ſemis.

Extract. ſatur. gutt. X.

D. uſui.

1680. FOMENTUM

In omni inflammatione externa dolente, tum oculorum, ſcroti, teſtium &c. in furunculis malignis, panaritio, tendinum læſionibus, ambuſtionibus, ulceribus manantibus &c.

℞. *Decoct. portulac.* vel

— *alterius* libr. I ſemis.

Extract. ſaturn. gutt. XV.

D. uſui.

1681. CATAPLASMA

Ad tumores a depoſitione lactea, ad bubones, eryſipelas &c.

℞. *Micae panis* q. v.

Liq. vegeto-mineral. q. ſ.

Ut coquantur in cataplasma applicetur.

1682. EXTRACTUM SATURNI D. GOULARD.

℞. *Lytharg. aurei* q. v.
Acet. optim. q. ſ.

Bulliant per horam, colatus liquor ſervetur uſui, & hoc mediante penicillo tangi poſſunt labia & fundus malorum ulcerum, carnes luxuriantes & gangrænoſæ, excreſcentiæ variæ cutaneæ &c.

1683. INUNCTIO

In eſcharis gangrænoſis faucium, linguæ, partium genitalium & aliarum.

℞. *Sacchar. ſaturn.* gr. XV.
Liquam. Myrrh. ſcrup. I.
Mellis Roſacei dr. ſemis I. II.

Penicillo ablutæ partes frequenter tangantur.

1684. VEL

℞. *Extract. ſaturn.* gutt. XXV.
Mellis anthoſat. dr. ſemis. I.

Uſus prioris.

1685. BALSAMUS SATURN. HISPAN.

Specificus ad eryſipelas, phlegmonem, vulnera, ulcera, fiſtulas, cancrum.

℞. *Extract. ſaturn.* unc. VI.
Olei Roſac. libr. I.
Cerae recent. unc. III.
Camphor. dr. IV.

F. l. a. Balſamus in Officinis ſervandus ad præſcriptos & alios uſus.

1686. POMADA D. GOULARD.

In fiſtulis, ulceribus calloſis, ſcrophuloſis, venereis, ſcorbuticis utilis. Valens etiam in cancris venereis & intolerabili nonnullarum partium pruritu &c.

℞. *Cerae granuloſae* unc. VIII.

Leni igne fuſae adde

Olei roſacei unc. XVIII.

L. a. incorporatis lente immiſce
Extract. ſaturn. unc. IV.
Camphor. dr. I.

Nupta ab igne remove & ſpatula adeo diu agita, donec refriguerint.

1687. ALIA EJUSDEM

Ad liquandam articulorum ſynoviam, & vaginarum tendinum coëuntem humorem, ad curanda vulnera articulationibus proxima.

℞. *Aq. commun.* pint. II.
Extract. ſaturn. unc. II.
Sapon. venet. raſ. unc. XVIII.

Ad ignem ſolutis adde

Camphor. dr. I.

D. uſui.

Emollita prius affricatur parti balneo liquoris vegeto-mineralis maceratæ.

Cæterum affricatur, ut unguentum Neapolitanum ſolet.

1688. CE-

1688. CERATUM EJUSDEM

In vulneribus & ulceribus dolentiſſimis, quæ cæterum omnibus aliis irritari ſolent, ut etiam in hæmorrhoidibus dolentibus utile.

℞. *Olei olivar.* libr. I.
Cerae granuloſ. unc. III.
L. A. liquatis, commixtis & refrigeratis lente intertere
Liq. vegeto-mineral. unc. VIII.
D. uſui.

1689. NUTRITUM EJUSDEM

Ad cancros venereos.

℞. *Lithargyr. aur. ſubtiliſſ. pulv.* unc. VI.
Olei unc. III.
In mortario exacte mixtis per vices intertere
Liq. vegeto-mineral. unc. VIII.
D. uſui.

1690. PELLIS DIVINA EJUSDEM

In debilitatas dolore, rheumatismo vexatas partes roborandas.

℞. *Cerae* libr. XII.
Leni igne fuſis adde
Olei olivar. libr. III. ſemis.
Conjunctis adde
Extract. Saturni unc. VIII.
Incorporatis intertere
Camphor. dr. II.
Omnibus bene nuptis ab igne remotis immerge lintea ejus longitudinis & latitudinis, qua opus fuerit, ut lintea fiant cerata; quæ deinde parti liquore vegeto-minerali balneatæ ſuperdanda cum pannis calidis.

STANNUM.

1691. BOLI

Contra tæniam, lepram.

℞. *Stanni raſi*
Corallior. rub. ana dr. II.
Syrup. de Abſinth. q. ſ.

Ut F. boli, duo abſumat de die, altera die doſibus auctis repetendi.

PSYLLII SEMINA.

1692. CLYSMA

In pituita vitrea, Dyſenteria, abraſo muco.

℞. *Terebinthinae* dr. I.
Mucilag. ſem. pſyll. unc. I.
exacte mixta, ſubacta emulge cum
Infus. roſar. rubr. unc. IV.

Injiciantur calide. Loco infuſi roſarum rubrarum poteſt ſumi lac, etiam aqua ferrata.

VISCUM QUERCINUM.

1693. PULVIS

In epilepſia, nervorum morbis convulſivis, paralyſi.

℞. *Pulv. lign. viſci quercini* dr. III.
Elaeoſacchari citri dr. I.

M. F. pulvis, dividendus in doſes VI. Sumat omni quadrihorio unum, ſuperbibendo uncias aliquot infuſi ligni ejusdem.

1694. ALIUS

1694. ALIUS

℞. *Pulv. lign. visci quercini* ſcrup. I.

— *Folior. aurant.* gr. V.

Sulph. aurat. antim. tertiae pptionis gr. ſemis.

M. F. pulvis, detur in ſextuplo. Sumat de die tres, ſuperbibendo uncias aliquot infuſi.

1695. DECOCTUM

In arthritide, in Cacochymia.

℞. *Raſur. ligni viſci querc.*

Stipit. dulcamar. contus. ana unc. ſemis.

Coque in ſ. q. aquæ per quadrantem horæ, ſub finem coctionis infunde

Herb. Chamaepyt. manip. I.

Colat. libr. II. adde

Nitri puri dr. I.

Roob Sambuci unc. I ſemis.

Sumat omni bihorio vaſculum calide.

1696. ALIUD

In ſimili caſu.

℞. *Raſur. ligni visci querc.* unc. II.

Aquae menſur. II.

Coque ad tertiæ partis conſumptionem demum cola.

Sumat matutino tempore vaſcula tria, quatuor calefacti decocti inſtar potus Thée.

1697. PUL-

1697. PULVIS ERRHINNUS

In morbis oculorum.

℞. *Pulvis ligni viſci querc.* dr. I.

Exhibe, attrahat ſæpius naribus, ut petum ſolet.

1698. PASTA

In epilepſia, nervorum morbis convulſivis.

℞. *Extract. lign. viſci querc.*
— *valerianae* ana unc. II.
— *Opii* ſcrup. ſemis.
Sacchar. roſac. unc. III.

Soluta in ſ. q. *Aquae naphae* leni calore & permixta æquabiliter inſpiſſa in balneo mariæ fere in conſiſtent. tabulat. addendo a calore remotis

Pulv. fol. aurant. ſubtiliſſ. dr. II.
Olei ſtill. lig. rhodii gutt. XV.

M. & ſupra porphiritem oleo amygdalino inunctum effunde, extende, divide in tabulas quadratas ſingulam circiter dr. ſemis. Dein exſiccentur & dentur uſui. Sumat de die duas.

CLAS-

CLASSIS OCTAVA

VENENORUM HETEROCLITORUM ANIMALIUM.

ARANEA.

1699. FUMUS

Diſcutiens tumentes hæmorrhoides, ſi discutere conſilium, valens etiam ad diſcutiendos tumores frigidos.

℞. *Telae aranear. in globum convolut.* q. v.

Impone prunis ardentibus, ut inde exurgens fumus partem continuo allambat.

CANTHARIS.

1700. BOLUS

In urinæ ſuppreſſione a cauſa mucoſa.

℞. *Pulv. milleped.* gr. II.

— *Cantharid.* gr. II.

Camphorae gr. IV.

Pulpae caſſiae ſcrup. I.

M. F. Bolus, & dentur tales No. III. abſumendi per diêm.

1701. ALIUS

1701. ALIUS

In ſuppreſſione menſium a cauſa frigida, etiam in hydrope.

℞. *Canthar. pptor.* No. III.
Trochisc. de Myrrha ſcrup. ſemis.
Sem. amei. gr. IV.
Roob Cynosbat. q. ſ.

Ut F. Bolus, detur in duplo. Sumat omni die unum.

1702. VESICATORIUM

Mite capiti applicandum ubi manantia capitis ulcera fuere exſiccata.

℞. *Emplaſtri de Ladano.* unc. I.
— — *Veſicator.* dr. I.

M. extenſum ſupra alutam applicetur parti.

1703. ALIUD

Mite in eodem caſu.

℞. *Emplaſtr. de Meliloto* unc. ſemis.
Pulv. cantharid. gr. XV.

M. & detur, ut prius.

1704. ALIUD

Magis activum.

℞. *Emplaſtr. de Meliloto* unc. ſemis.
Pulv. cantharid. gr. XXX.

Miſce ut prius.

1705. ALIUD

1705. ALIUD

Fortius.

℞. *Emplaſtr. de Meliloto* unc. ſemis.
Pulv. Cantharid. dr. I.

Miſce ut prius.

1706. LINIMENTUM

Ad partes paralyticas.

℞. *Unguent. nervini* unc. II.
Pulv. cantharid. gr. XXX.
Spiritus ſalis ammoniaci q. ſ.

Ut fiat linimentum.

1707. PULVIS

Contra rabidorum animalium morſus.

℞. *Pulv. piper. longi* dr. II. ſemis.
— *Cantharid.* ſcrup. II.

M. exacte, ut F. pulv. doſi gr. VII, a ſeptimo ad 10. annum agentibus, gr. IX. a decimo ad Decimum octavum: adultioribus gr. X. XII. XIII. poſt ſingulam aſſumptionem ſuperbibendo ſcutellam unam alteramve jusculi cicerum rubrorum.

1708. PILULAE

In eodem caſu.

℞. *Cantharid.* gr. I.
Mercur. dulcis gr. I ſemis.
Turbith. mineral. gr. ſemis.
Camphorae gr. X.
Mucilag. Gummi Tragacanth. q. ſ.

Ut F. Pilulæ V. Sumantur pro doſi omni die, repetantur.

1709. HAU-

1709. HAUSTUS

In eodem caſu.

℞. *Pulv. cantharid.* gr. I.
Camphorae gr. V.
Mucilaginis Gummi arabici parum.
recte ſubigantur emulgendo adde
Aceti theriacalis unc. III.
Sumat pro hauſtu, repetatur per ſeptimanam & ſumatur omni die bis.

1710. GLOBULUS

Poſt ſcarificationem, ampliationem, lotionem vulneris a rabido animali illati.

℞. *Maſſae emplaſtr. veſicator.* q. v.
Fingantur globuli vulneri indendi, qui pice ſupra alutam extenſa firmentur; vulnus dein mundatis diſſectis veſiculis apertum ſervandum digeſtivis.

1711. EMULSIO

Pro viis urinariis a cantharidibus deſcendendis.

℞. *Camphor. dulc. decort.* unc. ſemis.
— — *Amarar.* No. III.
Fiat l. a. Emulſio libr. I. ſemis, adde
Nitri puri dr. I.
Mucilaginis gummi arabici aqua roſar. extract. unc. I ſemis.
M. Bibat pro libitu.

Nota. Antidota inventa contra alia venena & ea ſpecie halitus perimentia videri debent in MATERIA MEDICA.

FORMU-

FORMULARUM

CHIRURGICARUM

CLASSIS PRIMA

REPERCUTIENTIA.

I. REPERCUTIENTIA REFRIGERANTIA.

1712. LAVAMENTUM

In continuo in oculos humorum affluxu.

℞. *Aquae font. frigid.* q. v.

Hac omni mane oculi laventur & foveantur.

1713. IDEM

Fortius roborans in eodem caſu.

℞. *Aquae font. frigid.* unc. III.
Succi portulac. unc. I.

M. Inſerviat eodem modo.

1714. CATAPLASMA

In Ophthalmia recenti incipiente.

℞. *Carnis pomor. crud. mundat.* unc. VI.
Album. ovi No. I.

In pultem redactam maſſam divide in duas partes, unam inter duo lintea non nimium frigidam applica oculo, hac calefacta adhibe aliam.

1715. ALIUD

In eodem caſu.

℞. *Sempervivi major.* unc. ſemis.
Pultis pomor. contus. unc. IV.

M. Divide in duas partes, applica ut prius.

1716. ALIUD

Ad anum inflammatum.

℞. ℞. *Pulp. contus cucumer.* unc. III.

Applica parti.

1717. EPITHEMA

Frontale in Cephalalgia refrigerans, leniter repercutiens.

℞. *Acet. roſacei* unc. II.
Nitri unc. I
Aq. ſtill. roſar. rubr. libr. I.

Lintea liquido gravida applicentur fronti.

1718. UNGUENTUM

Molle, ardorem leniens, refrigerans ad ambuſta, & excoriata.

℞. *Cremor. lactis*
Album ovi ana part. æquales.

M. Bene conquaſſando, ut fiat linimentum. Inungatur pars affecta.

II. REPER-

II. REPERCUT. ADSTRINGENTIA.

1719. GARGARISMA

In angina incipiente.

℞. *Flor. roſ. rubr.* manip. ſemis.
Herb. equiſet. dr. III.

Inf. in ſuff. quant. aquæ ferventis per mediam horam, Colat. libr. I. adde
Nitri puri dr. I.
Aceti ſimpl. unc. I.

M. Vaſculum calefacti infuſi adhibeat in Colluto-rium.

Idem longe fortius eſt, ſi infuſionis loco coquatur.

1720. COLLUTORIUM

Ad impediendum in gingivas ulteriorem decubitum, in fluxione dolorifica dentium in initio adhibendum; tum in dentium vacillatione, relaxatione uvulæ.

℞. *Cort. Malicor.*
Rad. Biſtortae ana unc. ſemis.

Coque in ſufficienti quantitate *vini rubri* per mediam horam, Colat. unc. X. adde
Aceti unc. I.
Opii puri gr. II.

Teneat ſæpius in ore calefacti decocti aliquam quantitatem; ſi dolor abſit, opium abeſſe poteſt.

1721. FOMENTUM

Ad ambuſta, parte prius eminus igni admota aut in aquam fervidam demiſſa.

℞. *Atramenti* unc. III.
Aceti acerrimi unc. I.
Salis ammoniac. unc. ſemis.

M. lintea immerſa applicentur parti.

1722. ALIUD

℞. *Aquae ſtypticae*,
Vulnerariae ana unc. IV.

Uſus idem.

1723. CATAPLASMA

Ad eadem aduſta.

℞. *Terrae pavimentorum nigrae* unc. VI.
Sedimenti atramenti unc. I.

M. Applicetur.

1724. ALIUD

In eundem ſcopum.

℞. *Luti fornacum* libr. ſemis.
Terrae dulcis vitriol. unc. ſemis.
Spiritus vini aquoſi unc. ſemis.

M. Ex hac maſſa membro aduſto conveniens quantitas ſuperimponatur.

1725. FOMENTUM

Repercutiens & diſcutiens in phlegmonis initio, præmiſſa venæſectione, aliis.

℞. *Aluminis* dr. II.
Salis ammoniac.
Nitri puri ana dr. I.
Aceti Lythargyrii unc. ſemis.
Aq. ſtill. Sambuc. unc. X.

M. Tepidum applicetur parti.

1726. ALIUD

Simile in eodem caſu.

℞. *Succi portulac.*

Acet. rutacei ana unc. I.

Nitri dr. I.

Infuſ. Fl. Chamomil. unc. IV.

Panni in liquidum calefactum immerſi applicentur parti.

1727. CATAPASMA

In eodem caſu.

℞. *Succi Sempervivi maj.*

Aceti rutacei ana unc. I.

Farin. ſecalis q. ſ.

Ut fiat Cataplasma; applicetur.

1728. UNGUENTUM

In eodem caſu.

℞. *Camphor.* gr. X.

Minii

Boli armen. ana dr. II.

exacte mixtis adde ſenſim

Aceti rutacei unc. I ſemis

Succi ſolani unc. I.

Album. ovor. No. II.

M. F. l. a. unguentum; detur uſui.

1729. COLLUTORIUM ET DECOCTUM

Ad reprimendam catarrhâlem defluxionem.

℞. *Fol. Berb.*
— *Vitis ideae* ana unc. ſemis.
Flor. Sambuc. manip. I.
Aq. fervent. libr. II.

Stent in digeſtione calida per horam, Colatur. adde
Nitri puri dr. I ſemis.
Syrup. Berber. unc. II.

Utatur in utrumque finem pro libitu.

1730. COLLYRIUM

In Taraxi a cauſa interna præmiſſis præmittendis.

℞. *Vitrioli calcinati* gr. II.
Tutiae praeparat. gr. IV.

Seorſim terantur, pulveres triti commiſceantur, mixtis add.
Aquae roſar. rubr. unc. III.

M. Aliquot guttæ inſtillentur oculo, & linteo madido applicentur.

1731. ALIUD

In eundem ſcopum.

℞. *Aquae roſar. rubr.* unc. III.
Flor. Zinci dr. ſemis.

D. uſus prioris.

1732. AQUA OPHTHALMICA BARBETTE

In eodem caſu.

℞. *Aquae euphras.*
— *Foeniculi* ana unc. III.
Salis communis dr. ſemis.
Tutiae praeparat.
Vitriol. albi ana gr. XX.

M. Lintea ex calefacto liquore expreſſa ſuperdentur oculo; aliquot etiam guttæ oculo inſtillari poſſunt.

1733. FOMENTUM

In contuſione oculi recenti ex ictu, uti & palpebrarum ex eodem caſu.

℞. *Album. ovi* No. I.
Tutiae praeparat.
Sacchar. Saturni ana gr. X.
Salis ammoniac. gr. XV.
Aq. ſtill. foenicul.
— *Camphorat.* ana unc. IV.

F. l. a. unitas. In liquidum calefactum panniculus oculis applicandus demergatur, dum inaruit, iterum madefaciendus.

1734. ALIUD

Ad vulnera, ut partes vicinæ a fluxione muniantur.

℞. *Aluminis* unc. ſemis.
Aceti lythargyr. unc. ſemis.
Aquae camphorat. libr. I.

M. Panni liquido calefacto immergantur circa vulnus dandi; poteſt etiam emplaſtrum defenſivum rubrum adhiberi.

1735. PULVIS

Ad ſanguinis profuſionem ex vulnere, dum nec arteria cito devinciri poteſt, nec comprimi.

℞. *Pulv. gallarum*

Sanguinis dracon. ana dr. I.

Alumin. dr. II.

Opii uſti dr. ſemis.

M. exhibe pulv. ut linamentum in alcohole vini expreſſum in hoc immergatur, & vulneri applicetur.

1736. ALIUS

Ad vulnus ſclopeti, multam carnem corruptam habens, in quo tamen metus ne putreſcendo intendatur.

℞. *Colcotoris vitrioli*

Viridis aeris ana dr. ſemis.

Pulv. Myrrhae dr. III.

N. Linteamen alcohole vini gravidum non omnimode expreſſum in hoc immergatur & applicetur.

1737. ALIUS

Inſpergendus vulneri jam completo, ut ſolideſcat cicatrix.

℞. *Boli armen.*

Sanguinis dracon. ſubtiliter pulv. ana unc. ſemis.

Inſpergatur ſubtiliter aliqua quantitas parti.

1738. ALIUS

In ulceribus humidis manantibus.

℞. *Pulv. rad. ariſtoloch. rot.*
— *Maſtichis.*
— *Boli armen.*
— *Sang. draconis* ana dr. II.

M. Inſpergatur vulneri.

1739. LINIMENTUM

Contra herpetem præmiſſis præmittendis.

℞. *Ceruſſae* dr. I.
Mercur. dulcis gr. X.
Mucilag. ſem. pſylli unc. ſemis.

Miſce, detur uſui.

1740. COAGULUM

In eodem caſu.

℞. *Succi Citri*
Aceti Lythargyrii ana unc. I.

Miſceantur. Coagulum ſubſidens loco exulcerato admoveatur, ſi decidit, recens imponatur.

1741. LAVAMENTUM

In eodem caſu.

℞. *Aquae elotionis ſtibii diaphor.* unc. III.

Pars affecta linteo hac aqua gravido ſæpe tangatur, lavetur, addi ceruſſa poteſt.

1742. CATAPLASMA

Ad herniam reductis reducendis, & præmiſſis præmittendis.

℞. *Boli armen.*

Terrae ſigillat. ana unc. II.

Aquae ſtypticae q. ſ.

Ut fiat ſiccior paſta, cui adde

Album. ovi No. I.

M. conſuatur inter lintea in formam pileoli calefacta, applicetur parti, ſuperdantur panni in aqua aluminoſa merſi, omnia faſcia complectantur.

1743. ALIUD

In eodem caſu.

℞. *Thermar. martial. ſedimenti terrei*

vel

Terrae pavimentorum nigrae unc. III.
Vinaceorum contuſor. unc. IV.
Aq. ſtypticae unc. ſemis.
Album. ovi No. I.

M. applica, ut prius.

1744. ALIUD

In eundem ſcopum.

℞. *Foecum vini rubri* unc. I.
Vinaceorum contuſor. unc. V.
Aluminis unc. ſemis.

M. & ut prius applica.

1745. FOMENTUM

Ad repoſita luxata firmanda, & fluxum humorum impediendum.

℞. *Herb. Ruthae*

— *Abſinth.* ana manip. I.

Salis ammoniac. dr. III.

Coque in ſufficienti quantitate vini rubri per mediam horam, Colaturæ expreſſæ libr. I. adde

Spiritus matricalis unc. II.

Aceti lythargyrii unc. I.

M. Lintea in hunc liquorem immergantur, & applicentur calide.

1746. ALIUD

Ad fungos, & Hydropem articulorum.

℞. *Fol. ſalviae conciſ.*

Cort. mediani ſambuc. conciſi ana unc. I.

Vitrioli roman. unc. I ſemis.

Alum. crudi dr. VI.

Muriae Halecum unc. II.

Aceti vini fortiſſimi libr. II.

Coque per medium horæ. Colaturam expreſſam calefactam cum ſpleniis craſſis applica, ſæpe irrora, dum interne attenuantia ſudorifera, aliquando etiam purgantia dantur.

1747. ALI-

1747. ALIUD

In Eryſipelate a parte nobili diſtante leniter repercutiens, & diſcutiens, præmiſſis præmittendis.

℞. *Trochiſc. alb. Rhaſ.* dr. I.
Camphorae ſcrup. I.
Spiritus vini unc. I.
Aquae Sambuci unc. VI.

Madefiant eo lintea & calida applicentur parti, renovanda ubi ſiccata aut refrigerata.

1748. ALIUD

In eryſipelate phlegmonode præmiſſa Venæſectione, ſi opus, purgantibus, & interne datis nitroſis.

℞. *Infuſ. flor. ſambuc. ſatur.*
Lac virginis ana unc. V.
Spiritus vini camphorat. unc. I.

Panni in liquorem calefactum intingantur & exprimantur, tum applicentur parti.

Nota, in eryſipelate ſimplici vel phlegmonode, non eſſe adhibenda cataplasmata, cum infarcta vaſa ſolum ſuperficiaria ſint, contra in phlegmone valido cataplasmata, non fomenta.

1749. PULVIS

In Eryſipelate, ubi humida non conducunt.

℞. *Cretae*
Ceruſſae ana dr. II.
Camphorae gr. IV.

M. in tenuiſſimum pulverem, inſpergatur aliqua portio chartæ ceruleæ, & imponatur parti.

III. RE-

III. REPERCUTIENTIA NARCOTICA.

1750. PILULA

In Odontalgia.

℞. *Opii puri* gr. I.

Formatur pilula in cavum dentis imponenda.

1751. EPITHEMA LIQUIDUM

Frontale anodynum, & diſcutiens in Cephalalgia rheumatica.

℞. *Infuſ. flor. ſambuc.*
Aceti roſacei ana unc. III.
Spiritus vini camphorat. unc. ſemis.
Tinct. Opii dr. I ſemis.

Splenia hoc gravida applicantur.

1752. CATAPLASMA

Ad dolentiſſimam phlegmonem in initio anodynum & diſcutiens, præmiſſis præmittendis.

℞. *Far. ſem. Hyoſciam.*
— — *Lini* ana II.

Redige cum *aceto* in cataplasma, cui intertere
Camphor. gr. V.
Salis ammoniac. dr. I.
Mucilag. ſem. pſylli unc. I.

M. Calide applicetur.

1753. ALI-

1753. ALIUD

Ad hæmorrhoides cœcas inflammatas dolentes, præmiſſis præmittendis, etiam applicatis ſanguiſugis.

℞. *Fol. recent. portulacae* unc. I ſemis.
— *Hyoſciami* unc. ſemis.
Contunde in Cataplasma, cui adde
Unguent. nutrit.
— — *de Linaria* ana unc. ſemis.
M. & calidum applicetur per vices.

1754. VAPOR

Anodynus diſcutiens, lenitivus ad hæmorrhoides dolentes.

℞. *Flor. Chamomill.* M. I.
Fol. Hyoſciami
— *Verbaſci* ana M. II.
Coque in ſufficienti quantitate oxycrati, ebullientis fumum capiat media hora per ſellam perforatam, dein unguentum de Linaria album, ovi remixtum excipiatur plumaceolo, & tepidum applicetur parti.

1755. UNGUENTUM
Anodynum diſcutiens ad hæmorrhoides.

℞. *Opii aceto ſoluti* gr. X.
Camphor. gr. XV.
Nitri puri dr. I.
Unguent. de linaria unc. II.

M. Plumaceolis exceptum imponatur.

1756. ALIUD
In cancro occulto pruriente, leniens dolores, & leniter repercutiens.

℞. *Unguent. de Minio* unc. II.
Opii puri aceto ſoluti gr. X.

M. exacte.

Pars inuncta tegatur lamina plumbi.

CLAS.

CLASSIS SECUNDA.

RELAXANTIA.

HUMECTANTIA ET EMOLLIENTIA.

1757. VAPOR

In Anchyloſi ex rigiditate nimia ligamentorum, & horum contractione relaxans, humectans, aliquantulum irritans.

℞. *Fol. Malvae* manip. IV.
Harb. ſaponar. manip. II.

Concifas ſpecies divide in tres partes, harum una immittatur oxycrato, ebulliens vapor parte affecta excipiatur quater de die: tum coctae ſpecies cum ſapone permixtæ forma cataplasmatis applicentur; dein utatur balneo, embrocatione ex iisdem vel ex aliis, thermis ſaponaceis & frequenti olei inunctione ultimo ſequenti remedio.

1758. LINIMENTUM

In eodem caſu.

℞. *Mucilag. rad. Althaeae* unc. III.
Olei lilior. albor.
Unguent. de arthanita ana unc. II.

M. & frequenter poſt vaporem & balneum calide membrum hoc inunge, & frica, & move; tum huic pellem animalis recenter mactati circumda, aut membrum in exta animalis recenter mactati immerge.

1759. CA-

1759. CATAPLASMA

In phlegmone dolente, quæ repercuti non debuit, nec forte potuit, in inflammatione mammarum, relaxans, anodynum, præmiſſis præmittendis.

℞. *Fol. Malvae*

— *Verbaſci* ana manip. II.

Flor. Chamomillae

— *Sambuci* ana manip. I.

Coque in lacte, & contunde in cataplasma calidum, ut decet, applicetur. Poſſunt etiam hæc medicamenta addita majori quantitate lactis in fomento dari. Tum in hoc caſu, tum in illo induratarum glandularum mammæ & dolentium, cataplasma ex ſtercore vaccino calidum valet.

1760. ALIUD

In teſtium inflammatione dolorifica, præmiſſis præmittendis, etiam in concretis ex ambuſtione partibus.

℞. *Micae panis cand.* unc. IV.

Herbae Hyoſciami unc. I.

Flor. ſambuci manip. I.

Coque in ſ. q. aquæ in ſpiſſam conſiſtentiam, dein intertere

Croci dr. ſemis.

Olei verbaſci unc. I.

D.

1761. VEL

℞. *Farin. ſem. lini* unc. II.
— — *Cumini*
— *foenugraeci* ana unc. I.

Coque in *lacte* ad conſiſtentiam cataplasmatis cui adde

Olei hyoſciami unc. I.

M. Superimponatur parti & renovetur.

Nota, in teſtium inflammatione humida non valere, hinc nec fomenta &c.

1762. ALIUD

In aliis caſibus.

℞. *Flor. chamaemeli*
— *Meliloti* ana manip. ſemis.
Croci dr. ſemis.
Micae panis albiſſimi libr. ſemis.
Lactis ferventis q. ſ.

Ut per mediam horam ad ignem macerentur, dein contundantur in formam cataplasmatis, quod imponendum.

1763. VEL

℞. *Flor. Sambuci*
— *Chamomillae* ana manip. I.
Lactis ferventis q. ſ.

Ut macerentur ad ignem media hora in Cataplasma, cui adde

Farinae ſem. lini unc. I.
Mucilag. ſem. pſyllii unc. ſemis.

M. & applica.

1764. VEL

1764. VEL

℞. *Specier. pro decoct. emollient.* unc. IV.

Coque in aqua & contunde in cataplasma ſenſim addendo

Farinae ſem. lini
Mucilaginis althaeae ana unc. I.

M. applica.

Alia vide ſub Emollientibus in MATERIA MEDICA.

1765. SPECIES PRO SACCULIS

Fomenti relaxantis diſcutientis ſcopo adhibendæ in inflammatione mammarum, teſtium, in defluxione calida tenſa dolente.

℞. *Flor. ſambuc.*
— *Melilot.* ana manip. II.
Farinae foenugraeci
— *Lini* ana libr. I ſemis.
Camphorae gr. XX.

Mixta conſuantur ſacculis lacti calido immergendis poſt aliquot tempus exprimendis, ſiccis vel madidis adhuc applicandis. Poteſt etiam in lacte ſapo ſolvi, ut & hac vi augeantur.

1766. ALIAE

℞. *Specier. pro decoct. emollient.* unc. IV.

Conſcinde, & contunde dein adde

Furfurum libr. I.

M. conſuantur ut prius.

1767. FOMENTUM

In eryſipelate dolente relaxans, diſcutiens, pacans.

℞. *Fol. althaeae* manip. I.
Flor. ſambuc. manip. ſemis.

Coque in ſufficienti quantitate aquæ per quadrantem horæ, Colaturæ libr. I. adde
Spiritus vini camphorat. unc. I.

Applicetur parti.

1768. GARGARISMA

In angina inflammatoria relaxans, pacans antiphlogiſticum, præmiſſa Venæ ſectione.

℞. *Herb. portulac.* unc. ſemis.
Rad. Altheae unc. I.

Coque in ſuff. q. aquæ per mediam horam, ſub finem coctionis adde
Flor. Papav. rhoeados pug. III.

ſtent adhuc in digeſtione per quadrantem horæ. Colat. libr. I. adde
Nitr. pur. dr. I.
Syrup. moror. unc. I.

Detur uſui.

1769. COLLYRIUM, CATAPLASMA

Emolliens, anodynum in ardore, ſicciate oculorum, rubedine tarſorum, leniori ophthalmia, ex lacte humano ex uberibus in oculum preſſo optimum eſt, ſuperdato dein ſequenti.

℞. *Pulp. calid. pomor. porſtorff.* unc. III.
Lactis recentis unc. ſemis.

Inter duo lintea applicetur.

1770. ALI-

1770. ALIUD

In pertinaci ophthalmia anodynum relaxans

℞. *Pulp. caſſ. fiſt. recent. extract.* unc. II.
Mucilag. ſem. pſylli aq. Papav. rhoeados extract. dr. I.

M. & applica.

1771. ALIUD

℞. *Pulp. pomor. coctor.* unc. II.
Vitelli ovor. No. II.
Pulp. caſſ. recent. extract. dr. IV.
Mucilag. ſem. pſylli unc. I.
Farinae hordei q. ſ. ad conſiſtentiam Cataplasmatis.

M. & applicetur pluribus vicibus.

1772. CLYSTERES

Emollientes mucilaginoſi pacantes in morbis inteſtinorum, etiam abraſo muco, in teneſmo, & ad dolentes hæmorrhoides internas.

℞. *Rad. altheae* unc. I.

Coque per quadrantem horæ in ſ. q. *lactis.* Colatur. unc. X. injice.

1773. VEL

℞. *Specier. pro Decoct. emoll.* unc. II.

Coque per quadrantem horæ in ſ. q. lactis. Colat. unc. X. injice.

1774. VEL

℞. *Decoct. ſpecier. emollient.* libr. I.
Olei lini vitello ovi ſubacti unc. II.

Divide in Clysmata duo.

1775. VEL

Ad dolentes hæmorrhoides internas.

℞. *Olei amygd. recent. preſſ.* unc. I.
Mucilag. gummi arab. unc. II.

Exacte mixtis inter terendum adde

Infuſi aliquantulum ſaturati flor. Papav. rhoeados unc. IV.

Injiciatur moderate calefactum.

1776. VEL

In abraſo inteſtinorum muco, & teneſmo.

℞. *Olei lini* unc. I ſemis.
Terebinth. venet. dr. ſemis.
Mucilag. Gummi arabic. unc. II.

Exacte mixtis inter terendum adde

Lactis dulcis unc. VIII.

Divide in Clysmata duo, quæ calide injecta retineantur.

1777. UNGUENTUM

Emolliens ad obduratas, & rigidas partes.

℞. *Mucilag. gummi tragacant.* unc. I.
Butyr. recent. inſulſ. unc. ſemis.
M.

1778. VEL

1778. VEL

℞. *Unguent. popul.* unc. III.
Vitell. ovi No. I.
Olei lilior. alb. unc. I.

M. Calide partes inungantur.

1779. ALIUD

Emolliens, anodynum ad fiſſuras labiorum, mammarum & loca excoriata.

℞. *Olei lilior. albor.*
— *Myrrhae p. deliq.* ana dr. III.
Album. ovi No. I.

Miſce bene conquaſſando, ut F. linimentum:

CLASSIS TERTIA.

RESOLVENTIA.

RESOLVENTIA RELAXANTIA.

1780. FOMENTUM

In eryſipelate phlegmonode reſolvens relaxans.

℞. *Fol. Malvae* manip. I.
Flor. ſambuc. pug. II.

Infunde in ſ. q. aquæ calidæ per quadrantem horæ, ultimo una ebullitione coque. Colat. libr. I. adde
Spiritus vini unc. I.

Lintea calido intincta liquori parti ſuperdentur.

1781. SACCULUS

In eodem caſu.

℞. *Farin. fabar.*
— *foenugraeci* ana unc. I.
Camphorae dr. ſemis.

M. & calefactus parti applicetur.

1782. ALIUS

In Eryſipelate œdematoſo.

℞. *Farin. fabar.*
— *foenugraeci* ana unc. I.
Pulv. flor. Chamomill.
— — *Sambuc.* ana pug. III.
Salis ammoniac.
Camphorae ana dr. I.

M. & applicetur parti.

Nota, poſſe & eadem hæc ſimplicia cum lacte coqui, & forma cataplasmatis præſcribi in phlegmone, ut jam ſimiles præſcriptiones plures datæ ſunt.

1783. CATAPLASMA

In phlegmone reſolvens relaxans, etiam anodynum.

℞. *Farin. rad. altheae* unc. III.
— *Sem. Lini* unc. ſemis.

Coque in ſufficienti quantitate aquæ per quadrantem horæ, ultimo adde
Pulv. flor. chamomillae.
— — *Meliloti* ana unc. ſemis.
Croci dr. I.

M. & inter lintea applica.

1784. EMPLASTRUM

Reſolvens glandulas induratas.

℞. *Emplaſt. de ranis cum Mercur.*
— *diachyl. cum gumm.* ana unc. ſemis.

M. D. ut extendatur ſuper aluta, applicetur.

RESOLVENTIA STIMULANTIA.

1785. FOMENTUM

Reſolvens in inflammatione non magna nec profunda, quæ irritis prius applicatis adolevit.

℞. *Flor. Sambuc.*
— *Chamomillae* ana M. ſemis.

Coque in ſ. q. aquæ brevi tempore.
Colat. libr. I ſemis adde
Spiritus vini camphor. unc. II.
Eſſent. Croci dr. I.

M. Detur pro fomento.

1786. ALIUD

In œdemate paſtaceo.

℞. *Sapon. venet. raſ.* unc. ſemis.
Salis ammoniac. dr. I.
Spiritus vini camphor.
— — *therebint.* ana unc. III.
Foecum vini unc. V.

M. intingantur lintea & calide applicentur.

1787. ALI-

1787. ALIUD

Reſolvens, digerens ad contuſa & oculum ſugillatum.

℞. *Herb. Rutae* manip. I.
— *Sabinae* manip. ſemis.
Sem. Carvi unc. ſemis.

Conciſa contuſa coque vaſe clauſo in anatica portione *lixivii cinerum* Colat. libr. II. adde
Sapon. venet. raſ. unc. ſemis.
Spiritus vini camphorat. unc. V.

M. D. ut complicata lintea liquido gravida parti applicentur, refrigerata renoventur.

1788. ALIUD

Ad contuſiones, extravaſationes, inflammationes, ambuſta, inductas a glandibus ſclopetariis aut globulis tormentariis, præmiſſis præmittendis.

℞. *Fol. Rutae* unc. I.

Coq. per quadrantem horæ in ſ. q. aquæ: Colat. libr. II. expreſſæ adde
Aceti unc. II.
Glob. martial. unc. I.

Digerantur adhuc, dein intingantur lintea, quibus pars tepide foveatur.

1789. ALIUD

In incipiente gangræna ſimul antiſepticum.

℞. *Herb. Abſinth.*
— *Scordii* ana manip. I.
Cort. peruv. contus. unc. ſemis.

Coque in ſ. q. *vini rubri*, Colaturæ expreſſæ libr. II. adde
Salis ammoniac. dr. II.
Spiritus vini theriacal. unc. IV.

M. Uſus prioris.

1790. SACCULI

In defluxione œdematoſa, œdema reſolventes.

℞. *Pulv. ſem. carvi* unc. I.
— *Sambuci.*
— *Melilot.* ana unc. ſemis.
Salis ammoniac.
Camphorae ana dr. I.

M. inſuantur ſacculis, qui calefacti applicentur.

1791. ALII

In eodem caſu.

℞. *Flor. Sambuc.*
— *Chamomill.* ana unc. III.
Farinae foenugraeci libr. ſemis.

F. Sacculi duo exprimantur ex calido *vino* & applicentur, aut ex hoc, ſpiritu vini camphorato actuato.

1792. EPITHEMA VEL CATAPLASMA

Reſolvens digerens ad contuſa & partes gangræna vitiatas.

℞. *Herb. Abſinth.*
— *Arthemis.* ana M. II.
Rad. Bryon. pulv. unc. II.
Vini & Aceti partes æquales.

Coque in conſiſtentiam cataplasmatis & applica unam partem ſpiritu camphorato irroratam calide, hac refrigerata alteram.

1793. ALIUD

1793. ALIUD

In vehementiori inflammatione, cujuscunque partis phlegmone, quæ irritis etiam præcedenti claſſe præſcriptis rigida adolevit, reſolvens.

℞. *Herb. Abrotan.*
— *Abſinth.* ana M. I.
Rad. Salep. dr. I.
— *Bryoniae* dr. III.

Coque in ſuff. q: aquæ per quadrantem horæ vaſis clauſis. Colat. libr. I. adde
Sap. venet. unc. ſemis.
Spirit. vini camphor. unc. I.

M. Linteamina madida vel expreſſa applicentur parti, etiam irrorentur.

1794. ALIUD

In vehementi inflammatione cum tumore juſto molliore, quæ irridis præcedentis Claſſis remediis reſolvi non poterit,

℞. *Herb. rutae*
— *Abſinth.* ana M. I.
Rad. Angelicae.
— *Bryoniae* ana unc. ſemis.

Coque vaſis clauſis in ſ. q. *vini rubri* per quadrantem horæ, Colat. libr. I. adde
Aceti vini unc. I.
Nitri puri dr. I.

Uſus prioris, dum prius locus affectus ſpiritu vini camphorato fuit lotus.

1795. ALIUD

1795. ALIUD

In inflammatione ſcroti, præmiſſis præmittendis, & hac per præcedentia non diſcuſſa.

℞. *Species praecedentes*
Coque in ſ. q. aquæ calcis, Colat. libr. I. adde
Salis ammoniac. dr. I.
M. uſus priorum.

1796. CATAPLASMA

In Paronychiae quarto gradu.

℞. *Herb. Alliariae.*
— *Scordii*
— *Hyoſciami* ana unc. I.
ex lacte cocta contunde in cataplaſmatis conſiſtentiam cui adde
Croci dr. ſemis.
Theriacae unc. I.
M. & medietatem parti dolenti circumpone, dum ea prius in aquam quantum poterit ſuſtineri fervidam & ſpiritu vini camphorato remixtam demerſa diu fuit.

1797. ALIUD

In Paronychiae primo genere, quod ſolum ſub cute eſt.

℞. *Micae panis alb.* unc. VI.
Flor. Sambuci.
— *Chamomillae* ana M. ſemis.
Croci dr. ſemis.
Lixivii cinerum q. ſ.
Ut coquantur in cataplaſma parti affectæ applicandum per vices.

1798. ALIUD

1798. ALIUD

In œdemate paſtaceo ex infiltratione lymphæ & ſolidorum debilitate, reſolvens ſtimulans.

℞. *Herb. rutae*
— *Sabinae.*
— *Abſinth.* ana M. I.
Rad. Bryoniae unc. II.
Salis ammoniae, dr. ſemis.

Conterantur in pulverem tenuiſſimum, qui cum exigua quantitate aquae calcis vertatur in cataplasma ſiccius applicandum. Si autem aliquis fomentum velit, ſumat majorem quantitatem aquæ calcis; Colaturæ libr. I. addat

Spiritus matricalis unc. II.

Utatur pro fomento.

1779. ALIUD

In Oedemate phlegmonode reſolvens repercutiens ſimul, ſi in initio dolor non magnus.

℞. *Pulv. Myrrhae*
Gum. Elemi
Lytharg. ana dr. II.
Farin. foenu graeci unc. II.

Coque in ſ. q. *vini rubri*, applicetur, aucta quantitate vini panni ex vino fervido expreſſi epithematis loco ſuperdari poſſent.

1800. ALIUD

1800. ALIUD

In Oedemate ſcirrhoſo.

℞. *Gum. Sagapeni.*
— *Ammoniac. acet. ſcillit. ſolut.* ana unc. ſemis.
Pulv. rad. pyrethri dr. I.
Sulphuris pulv. dr. II.
Olei ſuccini dr. I.

M. F. Cataplasma, applicetur.

1801. ALIUD

In inflammatione glandularum duriore, transeunte in ſcirrhum relaxans, & reſolvens.

℞. *Gummi galbani*
— *Sagapeni vitell. ov. ſolut.*
Unguent. de althaea ana unc. ſemis.

M. in formam cataplasmatis, quod applicetur ſuperpoſita calefacta tegula, dein ſimile cum cicuta fieri poteſt. v. g.

℞. *Farinae foenu graeci*
— *rad. althaeae* ana unc. ſemis.
Pulv. cicutae unc. I.

Coque in ſ. q. lixivii tenuis in formam cataplasmatis cui adde
Gummi ſagapeni vitell. ovi ſoluti unc. ſemis.

M. & applica.

1802. ALIUD

℞. *Pulp. caricar. pingnium conquaſſ. & ſub cineribus aſſat.* unc. II.
Gummi ammoniac. vitell. ovi ſoluti unc. I.

M. & applica.

1803. FOMENTUM

Ad ſcrophulas.

℞. *Decocti ſaturati Cicutae in lixivio cinerum facti* libr. I.
Exhibe.

1804. ALIUD

In eodem caſu.

℞. *Aceti Sambuci.*
— *Cicutae infuſione parandi* ana unc. X.
Projiciatur ſupra lateres ignitos, aut igniti ſilices in hoc injiciantur, ut fumus parte excipiatur, quæ & leniter fricari poteſt ſequenti unguento.

1805. UNGUENTUM

℞. *Extract. cicutae* unc. I ſemis.
Unguenti neapolitani unc. I.
Olei cicutae unc. ſemis.
M. & hoc pars ſæpius leniter inungatur.

1806. FOMENTUM

In Hydrocephalo reſolvens diſcutiens, præmiſſis internis præmittendis, purgantibus, diureticis.

℞. *Herb. rutae.*
— *Salviae.*
— *Rorismarini* ana M. I.
Rad. Bryoniae.
— *ireos florent.* ana unc. ſemis.
Conciſas ſpecies divide in duas partes, quarum una vino rubro auſtero coquatur, ex quo fervido panni exprimantur applicandi; poſſunt etiam his in pulverem contritis ſacculi fieri vino rubro fervido immergendi exprimendi, quod longe melius foret.

1807. ALIUD

Fortius in eodem caſu.

℞. *Lixivii cinerum* unc. V.
Tartari.
Aluminis ana unc. ſemis.
Aceti vini unc. II.

Decoctis adde

Eſſent. cephal. Balſam. dr. II.

M. & pannos huic liquori immergendos applica.

1808. ALIUD

In Hydrocele.

℞. *Farin. ſem. cumini.*
Baccar. lauri contuſ. ana dr. III.
Rad. Bryoniae unc. I.

Coque vaſis clauſis in *vino rubro.*

Detur uſui.

1809. CATAPLASMA

Reſolvens ad tumores cyſticos, atheroma, ſteatoma, meliceridem, lupias dictas, præmiſſis medicamentis internis alterantibus.

℞. *Galbani.*
Sagapeni acetō ſquillit. liquat. ana unc. ſemis.
Pulv. ſem. Sinapi unc. I.
Balſ. de copaiv. dr. III.

F. Cataplasma crudum, quod applicetur tectum pannis, ei ſuperdetur tegula calida.

1810. ALIUD

1810. ALIUD

In eodem caſu.

℞. *Salis tartari* dr. I.
Balſ. copaiv. dr. ſemis.
Olei euphorb.
— *Cicutae* ana dr. II.

Miſce exacte, dein adde
Mannae unc. II.

Incorporata applicentur ut prius, & refrigerata tegula ſæpe calefiat.

1811. ALIUD

℞. *Galbani tinct. antim. cum liquore nitri fixi liquati* unc. I.
Salis ammoniaci dr. ſemis.
Camphorae gr. XV.
Unguenti de arthanita vel ſi mavis,
— — *Agryppae* unc. ſemis.

Incorporata applicentur ut prius.

Nota, I. Hæc cataplasmata facile in unguenta poſſe converti addito oleo, bile &c. etiam in emplaſtra, cerata addita cera, aliis &c.

Nota II. Si horum applicationem excipiat inflammatio, ea ſuperdanda eſſe ex priori claſſe, quæ ſuperficiariam phlogoſim reſolvunt, diſcutiunt.

1812. ALIUD DOMESTICUM.

℞. *Folior. acetoſae* q. ſ.

Sub cineribus calidis macerata, cocta trajiciantur per cribrum, adde
Cinerum unc. I.

Applicetur per plures dies calide.

1813. VAPOR

In iisdem caſibus & aliis lymphaticis, etiam flatulentis, tum lupia, ganglio &c.

℞. *Aceti ſquillitici* unc. IV.
Salis ammoniaci unc. I.
Flor. Benzoes dr. I.

Ebulliat, & mediante infundibulo vapor excipiatur, vel ſimpliciter ſupra ſilices candentes projiciatur; poſſunt etiam panni liquido fervido exprimi, refrigeratis & ablatis ſuperdari parti emplaſtrum diabotanum, vel quod æqualibus portionibus ex diachylo compoſito & diaphoretico commixtum eſt, illud enim, quod ad lupiam in noſtris officinis exſtat, alienum eſt.

1814. SUFFIMIGIUM

Ad Hydrocelen reſolvens, ſtimulans, diſcutiens.

℞. *Pulv. ſem. cumini.*
Olibani.
Maſtichis ana unc. ſemis.
Benzoini dr. III.
Camphorae dr. I.
Salis ammoniac. ſcrup. II.

Portionis accenſæ vapor excipiatur.

1815. ALIUD

℞. *Benzoini.*
Olibani ana unc. ſemis.
Camphorae.
Salis ammoniac. ana dr. ſemis.

M. pulveris inſperſi vapor excipiatur nudo ſcroto, dein panni hoc fumo imbuti calidi ſuperdentur.

1816. ALIUD

Ad ganglia.

℞. *Benzoini.*

Styracis ſolid. ana dr. I.

Cinnabaris nativ. dr. I ſemis.

Infundibuli ope applicetur parti.

1817. ALIUD

Cum frictione applicandum œdemati, Lupiæ, præmiſſis præmittendis.

℞. *Maſtichis.*

Olibani.

Bacc. lauri pulv.

— *Juniperi pulv.* ana unc. ſemis.

Salis ammoniaci dr. II.

F. Pulvis groſſus, eodem modo ut priores in uſum trahatur & id frequentius.

1818. EPITHEMA

Siccum in eodem caſu reſolvens ſtimulans, & lympham trahens.

℞. *Salis marini decrep. calidiſſimi* q. ſ.

Pulv. ſem. carvi unc. I.

Miſce ſtatim, & tere in pulverem tenuem, tum in ſuſpenſorio incluſa ſcroto circumdentur calida, ſimul ac ſal defluit renovanda.

1819. EMPLASTRUM

Ad ſcrophulas reſolvendas, & tumidum guttur, præmiſſis præmittendis.

℞. *Farin. Sinapi.*
Pulv. Rutae.
— *Ariſtoloch. rotund.* ana unc. ſemis.
Bdelii unc. II.
Camphorae dr. I.
Olei veteris.
Cerae ana q. ſ.

Ut fiat l. a. maſſa emplaſtica, cujus aliqua pars extendatur ſupra alutam, parte prius inuncta ſequenti remedio.

1820. LINIMENTUM.

℞. *Olei camphorae.*
— *G. ammoniac.* ana dr. II.
Syrup. emetici unc. I.
Unguenti de althaea unc. I. ſemis.

Mixto rite linimento & calefacto inungatur prius ipſa pars, dein ſuperdetur emplaſtrum præcedens, vel ſequens.

1821. EMPLASTRUM.

℞. *Mercurii dulcis* ſcrup. II.
Emplaſtr. de Cicuta unc. I.
Styracis liquid. q. ſ.

Ut F. Emplaſtrum.

1822. ALIUD

℞. *Gummi ammon. aceto ſolut.* unc. II.
Antimon. ſubtiliſſ. pulv. unc. ſemis.
Styracis liquid. q. ſ.

Ut F. Emplaſtrum.

1823. ALI-

1823. ALIUD

Ad eosdem vel alios tumores paſtaceos indolentes.

℞. *Mercurii vivi exſtinguendi* l. a. dr. I.
Emplaſtr. diapalmae unc. I.

Mixta extende ſupra alutam & applica.

1824. UNGUENTUM

In eandem indicationem.

℞. *Mercurii crudi l. a. exſtinguendi* dr. II.
Gummi ammoniaci vitello ovi ſoluti unc. ſemis.
Unguent. popul. unc. II.

M. Exhibe.

1825. LINIMENTUM

Ad ganglia reſolvens, diſcutiens.

℞. *Extract. Cicutae.*
Sapon. nigri ana unc. ſemis.
Salis ammon. ſubtil. pulv. dr. II.

Redige cum ſ. q. *lixivii* in pultem, redactis adde
Unguenti neapolitani unc. I.

Ganglio prius fricato compreſſo inungatur ter de die drach. I. Superponendo emplaſtrum Vigonis cum quadrup. merc., vel cataplasma ex radice Bryoniæ cum Sagapeno.

1826. VEL

℞. *Regul. antimon. medic.* dr. I.
Mercur vivi exſtinct. dr. ſemis.
Butyri cacao unc. ſemis.
Olei preſſi macis dr. I.

M. uſus prioris.

1827. CATAPLASMA VEL FOMENTUM

In Pneumatocele.

℞. *Herb. rutae* manip. I.
Folior. Sambuc.
Sem. contus. Cumini.
Baccar. contuſar. lauri, ana unc. ſemis.
Aceti vini q. ſ.

Ut coquantur vel in cataplasma vel Fomentum.

1828. EPITHEMA

Liquidum ad emphyſema.

℞. *Iufuſi flor. Sambuc. ſatur.* unc. III.
Aquae calcis unc. II.
Spiritus vini camphor.
— *matricalis* ana unc. I.
Flor. Salis ammoniac. dr. I.

Lintea calefacto liquori immerſa applicentur.

1829. LAVAMENTUM

In ulceribus chironiis.

℞. *Nitri fixi* unc. I.
Aq. font. libr. II.

Solutioni filtratæ adde
Antim. crud. groſſe contrit. unc. I ſemis.
Rad. ariſtolochiae unc. I.

Coque in vaſe figulino per duas horas, Colaturam a ſubſidente pulvere refrigerato orbam, exhibe pro lavamento.

Nota, ipſum ſedimentum ſubſidens coqui poſſe in oleo Hyperici, & dein cum unguento Nicotianæ & aurei partibus æqualibus permiſceri, & in unguenti formam redigi, quod iisdem ulceribus ſuperponi poſſet.

1830. FOMENTUM

Ad contuſa vexata livida diſcutiens reſolvens.

℞. *Herbae rutae.*

— *abſinth.* ana M. I.

Rad. Bryoniae unc. ſemis.

Coque per quadrantem horæ in ſ. q. oxycrati, Colaturæ libr. I. adde

Salis communis dr. II.

Sap. venet. unc. ſemis.

Spirit. vini camphorat. unc. I.

M. ut pars pannis liquore imprægnatis foveatur.

1831. ALIUD

In eandem indicationem.

℞. *Salis ammoniaci* dr. II.

Sapon. venet. dr. III.

Spirit. vini camphorat. unc. II.

Aq. rutae unc. VIII.

D. pro fomento.

1832. ALIUD

Fortius in metu gangrænæ.

℞. *Spiritus vini camphor.*

Aceti theriacalis ana unc. III.

Salis ammoniaci dr. III.

M. Uſus priorum.

1833. CATAPLASMA

Attenuans, reſolvens ad contuſa, livida.

℞. *Pulv. rad. bryoniae.*

Sapon. venet. ana unc. II.

Camphorae gr. XV.

Mixta trita, redige cum ſ. q. *aceti* calentis in cataplasma, quod applica.

1834. EMPLASTRUM

Ad eadem.

℞. *Gummi ammoniaci.*

— *galban. acet. ſquillit. ſolut.*

Pulv. rad. Bryoniae ana unc. ſemis.

Olei camphorae q. ſ.

Ut F. l. a. emplaſtrum, quo noctu pars cooperiatur.

CLASSIS QUARTA

SUPPURANTIA.

SUPPUR. MACERANTIA.

1835. CATAPLASMA

In inflammatione externa non reſolubili, & ſufficientibus naturæ viribus in ſuppurationem tendente proficuum, aerem arcens, macerans.

℞. *Micae panis ſecal.* q. ſ.

Coque in ſ. q. aquæ in conſiſtentiam cataplasmatis & applica.

1836. VEL

℞. *Bulb. rapar. ſub cineribus aſſatar.* q. ſ.

Redige in conſiſtentiam cataplasmatis, & applica.

1837. ALIUD

In eodem caſu validius macerans.

℞. *Farinae ſecalis* unc. IV.

Coque in ſ. q. aquæ in conſiſtentiam cataplasmatis cui adde

Mellis unc. I. vel
Olei olivar. unc. ſemis.
Farinae ſem. lini q. ſ.

Ut mixta inter dua lintea tenera applicentur.

1838. ALIUD

In fervidiori calore inflammatorio.

℞. *Fol. acetoſae ſub cineribus aſſator.* q. ſ. vel unc. IV.
Farinae ſem. lini unc. I.
M. & applica.

SUPPUR. RELAXANTIA.

1839. CATAPLASMA

In phlegmone nimium dolente, & parte nimis tenſa.

℞. *Micae panis* unc. V.
Coque in ſ. q. *lactis*, coctis adde
Bulb. lilior. alb. ſub cineribus aſſat. No. II.
M. in unum vel duo exhibendum Cataplasmata.

1840. VEL

℞. *Micae panis.*
Farin. ſem. lini ana q. ſ.
Coque ex *lacte*, coctis adde
Olei lilior. albor. q. ſ.
Ut fiat cataplasma parti affectæ applicandum.

1841. VEL

℞. *Rad. althaeae* unc. III.
Fol. Malvae manip. II.
Conciſa contuſa coque in ſ. q. *lactis ebutyrati*, pulpæ per ſetaceum trajectæ adde
Far ſem. lini q. ſ.
Ut F. cataplasma, quod calide applicetur.
Nota, in his caſibus vitanda eſſe oleoſa & pinguia, nitroſa addi poſſunt.

1842. ALIUD

1842. ALIUD

Refrigerans magis ſimul relaxans.

℞. *Bulb. lilior. alb.*
Pomor. acid. ſub cineribus aſſat. ana No. IV.
Nitri dr. I.

Pulpam totam per ſetaceum trajectam applica.

SUPPUR. STIMULANTIA.

1843. CATAPLASMA

In inflammatione lentius ſuppurante.

℞. *Farin. fabar.* unc. V.

Coque in ſ. q. *lixivii cinerum* in Cataplasmatis conſiſtentiam, cui adde

Fermenti panis unc. II.
Butyri inſulſi vel
Unguent. Baſilici q. ſ.

M. & applica.

1844. ALIUD

In eodem caſu.

℞. *Ficuum ſub cineribus aſſat.* No. VI.
Farinae lupinor. unc. IV.
Mellis q. ſ.

Ut redigantur in cataplasma calide applicandum.

1845. ALI-

1845. ALIUD

In inflammatione oedematoſa.

℞. *Fol. althaeae.*
— *Malvae* ana M. I.
Flor. ſambuc.
Chamaemeli ana M. ſemis.

Coque in ſ. q. *lixivii cinerum* in conſiſtentiam cataplasmatis, cui adde
Cepar. ſub cineribus coct. & contuſar. No. II.

M. & applica

1846. VEL

℞. *Ceparum ſub cineribus aſſat.* No. III.
Cinerum.
Farinae ſem. lini ana partes æquales q. ſ.
Ad conſiſtentiam cataplasmatis.

Applica calide.

1847. VEL

℞. *Farin. lupin.* unc. IV.
Oxymellis ſquillit. unc. II.
Sapon. venet. raſ. unc. ſemis.
Unguent. Baſilic. q. ſ.

M. & applica.

1848. VEL

℞. *Ferment. panis* unc. III.
Mellis unc. I.
Unguent. baſilici q. ſ.

Ut F. Cataplasma, calide applica.

1849. ALIUD

1849. ALIUD

In inflammatione gangrænoſa maligna ſuppurans, ſtimulans.

℞. *Fol. rutae.*
— *Abſinth.*
— *Scordii* ana M. I.
Baccar. laur. contuſ. unc. ſemis.

Coque in ſ. q. *aceti & aquae* in conſiſtentiam cataplasmatis, cui adde
Salis ammoniac. dr. I.
Far. fabar. q. ſ.

Ut fiat cataplasma, applicetur.

Nota, poſſet etiam ex eodem addita majori quantitate vehiculi fieri fomentum.

1850. ALIUD

In eodem caſu.

℞. *Panis marcii* unc. V.

Coque in ſ. q. *Hydromellis* in cataplasmatis conſiſtentiam, cui adde
Theriacae unc. ſemis.
Farin. ſem. ſinapi unc. ſemis.
Spiritus vini camphor. dr. ſemis.

M. & applica calide.

1851. UNGUENTUM

In eodem caſu.

℞. *Mellis roſacei* unc. II.
Tincturae myrrhae unc. ſemis.

M. ut locus affectus perungatur.

1852. CA-

1852. CATAPLASMA

Ad loca glanduloſa.

℞. *Micae panis* libr. ſemis.

Coque in *lacte*, ab igne remotis adde
Gummi ammoniac. vitell. ovi ſolut. unc. I.
Extract. Cicutae unc. ſemis.

M. in Cataplasma & applica.

DIGESTIVA EMOLLIENTIA.

1853. UNGUENTUM

In ulcere cruſta dura obducto mundans, digerens, emolliens.

℞. *Butyri inſulſi.*
Olei Liliar. albor. ana unc. ſemis.
Vitelli ovi No. dimidium.

M. & plumaceolis excepta ulceri indantur.

1854. VEL

℞. *Unguenti de althaea* q. ſ.
Dr.

1055. VEL

Aliquantulum magis digerens ad labia ulcerum calloſa.

℞. *Unguenti baſilici* unc. I.
— — *de althaea* unc. ſemis.
Olei lilior. alb. III.

M. uſus priorum.

1856. ALIUD

Magis emolliens.

℞. *Unguenti Baſilici*

— — *Althaeae*

Butyri inſulſi

Olei lilior. albor. ana unc. ſemis.

M. detur uſui.

Nota, quæ his non mollescunt, cauſticis tentari debere.

BALSAM. STIMULANTIA.

1857. LINIMENTUM

Leniſſimum in ulceribus dolentibus inflammatis digerens.

℞. *Terebinth.* unc. I.

Vitell. ovor. No. I.

M. plumaceolis exceptum imponatur.

1858. ALIUD

℞. *Unguenti Baſilici* unc. I.

Vitell. ovi No. I.

M. exhibe.

1859. ALIUD

Parum actuoſius ubi nullus dolor.

℞. *Unguenti Baſilici* q. v.

Exhibe.

1860. ALIUD

In eo caſu, in quo pus bonum non apparet.

℞. *Unguenti Baſilici* unc. ſemis.
Eſſent. Myrrhae dr. I ſemis.
M. & exhibe.

1861. VEL

℞. *Terebinth.* unc. I.
Vitell. ov. No. I.
Exacte ſubactis immiſce
Pulv. aloes dr. II.
Exhibe.

1862. VEL

Fortius.

℞. *Unguenti baſilici* unc. ſemis.
— — *aegyptiaci* dr. II.
M. & exhibe.

1863. VEL

℞. *Pulv. ſubtiliſſ. thuris*
— — *Maſtichis* ana dr. I.
— — *Myrrhae* dr. II.
— — *Croci* dr. ſemis.
Olei hyperici
Terebinthinae ana unc. I.
Vitelli ovor. No. I.
M. exacte & exhibe.

1864. ALIUD

1864. ALIUD

In vulneribus ſclopetariis cum contuſione.

℞. *Unguenti baſilici* unc. I.
— — *aegyptiaci*
Pulv. Myrrhae ana dr. II.
Olei hyperici q. ſ.
Ut fiat linimentum.

1865. UNGUENTUM

Mundificans lene & incarnans in boni moris vulneribus & ulceribus.

℞. *Balſami arcaei* unc. ſemis.
Vitelli ovor. No. I.
M. F. unguentum.

1866. ALIUD

Dum caro in ulcere citius creſcit, & fungoſa fit.

℞. *Balſam. Arcaei* unc. I.
Unguenti aegyptiaci dr. II.
M.

1867. ALIUD

Aliquantulum fortius.

℞. *Balſam. Arcaei.*
Unguenti aegyptiaci ana unc. ſemis.
M. ſic & ægyptiacum ſolum ſuperdari poteſt.

1868. ALIUD

Fortius exſiccans magis epuloticum.

℞. *Unguenti de minio* unc. I.
Exhibe.

1869. ALIUD

℞. *Pulv. rad. ariſtoloch. rotund.*

— *aloes* ana unc. ſemis.

Mellis

Terebinthinae q. ſ. ad conſiſtentiam

Unguenti.

M. & detur uſui.

Nota, Locis nervoſis inimica eſſe mel, oleum, pinguia, axungias, quæ & in carie oſſium obſint, tum acria irritantia & myrrham, hinc in nervorum punctúris non valent prædicta, ſed ſimplicia balſama.

1870. LINIMENTUM

In partium nervoſarum læſionibus.

℞. *Balſami copaivae*

Terebinthinae ana partes æquales q. ſ.

M. & adhibe.

1871. ALIUD

℞. *Balſami peruviani*

— *Arcaei* ana dr. I.

Spiritus vini dr. ſemis.

Calefacta plumaceolis excepta immitte.

Sic etiam ipſum calefactum Terebinthinæ oleum adhibetur, dum interea partes circumjacentes oleo embrocantur, & emollientiſſimo cataplasmate foventur.

1872. PUL-

1872. PULVIS

In eodem caſu.

℞. *Pulv. tenuiſſ. Terebinthinae* q. v.

Inſpergatur vulneri tendinis.

1873. ALIUS

In oſſis carie.

℞. *Pulv. tenuiſſ. euphorb.* q. ſ.

Inſpergatur oſſi carioſo.

Sic & ipſum Caryophyllorum aut Terebinthinæ oleum plumaceolis exceptum his ſuperdatur, aut lapide infernali pars tangitur, ſed vicinis partibus ita cuſtoditis, ut illis nil ab horum applicatione accidere poſſit.

DIGESTIVA ROBORANTIA magis.

1874. UNGUENTUM

In ulcere laxo digeſtivum roborans.

℞. *Mellis roſar.* unc. II.
Tincturae myrrhae unc. ſemis.
Terrae vitrioli dulcis dr. I.

M. & exhibe.

1875. ALIUD

℞. *Tincturae Gummi Laccae alum.* dr. II.
Mellis roſarum unc. ſemis.
Terebinthinae venet. unc. I.

M. & applica.

1876. ALIUD

In laxo & putrido ulcere digerens, roborans.

℞. *Spiritus ſalis marin.* gutt. V.
Mellis roſar. unc. I.
Eſſent. Myrrhae dr. II.
Unguenti Felicis Wurtzii unc. ſemis.
M. & exhibe.

1877. ALIUD

Simile in eodem caſu.

℞. *Unguenti digeſtivi.*
— — *Felicis Wurtzii* ana unc. I.
Spiritus ſalis marin. gutt. X.
Exacte mixtis utere in plumaceolis.

1878. ALIUD

Siccans magis in morbis tarſorum oculi & aliis.

℞. *Unguenti de Tutia* q. v.
Illiniatur pars aut plumaceolis exceptum applicetur.

DIGESTIVA CAUSTICA ESCHAROTICA.

1879. PULVIS

Ad unguem tenuem, ac recentem, etiam reſciſſæ membranæ reliquias in oculo exſtirpandas.

℞. *Sacchari albi* dr. I.
Aluminis uſti gr. IV.
M. F. pulvis ſubtiliſſimus oculo per vices inflandus.

1880. ALI-

1880. ALIUS

Ad carnem fungoſam, & luxuriantem in ulceribus exſtirpandam.

℞. *Borac. venet.* dr. II.
Alum. uſti dr. I.

M. F. pulvis, ut ulceri inſpergatur.

1881. VEL

℞. *Pulveris euphorbii* q. ſ.

Detur in eundem uſum.

1882. ALIUS

In eodem caſu actuoſior.

℞. *Sacchar. albi* dr. I.
Mercur. praecip. albi dr. ſemis.

M. & exhibe.

1883. INJECTIO

Ad callos fiſtularum exedendos.

℞. *Aloes.*
Myrrhae ana dr. I.
Salis tartari dr. II.
Aq. decoct. hord. unc. III.

M. D. ut ope ſyringæ in ſinus tortuoſos injiciatur, compreſſoque ore fiſtula aliquantulum intus retineatur, idem ſæpius repetendo.

1884. UNGUENTUM

Ad abſumenda ſarcomata venerea.

℞. *Olei commun.* unc. II.
Cerae alb. unc. III.
Reſin. pin. unc. VI.

Ad ignem lignatis adde
Aerugin. in ſubtiliſſ. pulv. redact. dr. II.

M. F. Unguentum.

1885. ALIUD

Ad abſumenda ſarcomata non venerea.

℞. *Mellis commun.* unc. III.
Virid. aeris unc. II.
Aceti vini fortiſſ. unc. I ſemis.
M. F. Unguentum.

1886. LIQUOR

Ad cancros venereos cauſticus.

℞. *Mercur. ſubl. corroſiv.* dr. I.
Aquae calcis unc. II.

M. D. ut tangatur leniſſime pars affecta hoc liquore una vel altera vice, dein fiat aucta copia aquæ calcis ſenſim mitior.

1887. LAVAMENTUM

In ficu & ulceribus venereis.

℞. *Spirit. frument.* libr. ſemis.
Sublimat. corroſiv. gr. VI.
Solve, ſolutis adde
Decocti ligni guajaci vel
Aquae calcis libr. ſemis.
M. & exhibe.

1888. ALIUD

Efficacius in herpete exedente cancroſo.

℞. *Spiritus Frumenti* libr. I.
Sublimat. corroſiv. gr. XV - XX.

Hac ſolutione pars abluatur, dum ordinaria doſis mitioris præſcriptionis interne datur.

CLAS-

CLASSIS QUINTA

DETERGENTIA.

DETERG. DIGESTIVA.

1889. LAVAMENTUM

Detergens digeſtivum ad ulcera, fiſtulas ſordidas.

℞. *Herb. Saponariae.*
Summitat. Abſinth. ana M. ſemis.
Myrrhae unc. ſemis.

Coque in ſ. q. *Cereviſiae* per quadrantem horæ: Colat. libr. II.

Detur uſui.

1890. VEL

℞. *Hederae terreſtris.*
Marrub. alb. ana M. I.
Saponis venet. unc. ſemis.

Coque in ſ. q. aquæ per quadrantem horæ: Colat. libr. I. ſemis adde

Mellis unc. I.

M. Detur uſui.

1891. VEL

℞. *Fol. nicotianae* manip. I.
Myrrhae unc. ſemis.

Coque in *aquae* & *lixivii* anatica quantitate per quadrantem horæ: Colat. libr. II. adde
Mellis unc. II.

D. uſui.

Poſſunt etiam plumaceoli his liquoribus ſuccidi ulceribus immitti.

1892. VEL

℞. *Herb. Abſinth.*
— *Scordii* ana manip. I.

Coque vaſis clauſis in ſ. q. *vini albi* per quadrantem horæ; Colat. libr. II. adde
Aquae vulnerariae unc. I ſemis.
Syrup. enulae unc. II.

M. Detur uſui.

1893. VEL

Simplicius detergens.

℞. *Aquae decoct. hordei* libr. I.
Mellis roſarum unc. III.

M. D.

1894. VEL

℞. *Aq. decocti hordei* libr. I.
Lixivii cinerum. unc. IV.

Detur uſui.

1895. VEL

Magis digeſtivum in fiſtulis.

℞. *Aq. decocti hordei* libr. I.
Balſami Arcaei unc. I.

Digerantur, & liquor calidus injiciatur.

1896. ALIUD

1896. ALIUD

In laxitate.

℞. *Aquae decocti hordei* lib. I.
— *Vulnerariae* unc. III.
Balſam. Arcaei unc. ſemis.

Digerantur; uſus prioris.

1897. LINIMENTUM

In iisdem caſibus.

℞. *Terebinth.* unc. I.
Mellis roſarum unc. ſemis.
Vitell. ovi No. I.

Miſce, & plumaceolis exceptum poſt lavamentum applica.

1898. ALIUD

℞. *Terebinth. venet.*
Olei hyperici ana unc. I.
Vitelli ovi No. II.

M. & applica, ut prius.

1899. ALIUD

Magis ſtimulans in eandem indicationem.

℞. *Unguenti Baſilici*
Balſami Arcaei.
Terebinthinae.
Olei hyperici ana unc. ſemis.

Miſce exacte, uſus prioris.

1900. FO-

1900. FOMENTUM

Ad ulcera ſordida laxa.

℞. *Herb. Saniculae.*
— *Millefol.*
— *Heder. terreſtr.* ana M. I.

Coque in ſ. q. aquæ per quadrantem horæ, Colat. lib. I. adde

Liquam. Myrrh. unc. I.

M. Hoc liquore ulcera foveantur, laventur, poteſt etiam in fiſtulas injici.

1901. INJECTIO

Ad ulcera ſordida, fiſtulas.

℞. *Unguent. digeſtiv.* unc. I.

Teratur in mortario cum lixivio cinerum in mucum, adde

Lixivii Cinerum unc. VI.
Spirit. Salis commun. dr. II.

M. D. uſui.

1902. ALIA

Balſamica ad eadem utilis.

℞. *Herb. Marrub.* M. I.
Rad. Gentian. unc. ſemis.
Flor. Balauſt. dr. I.

Coq. in ſ. q. *aquae & aceti* anatica portione per medium horæ: Colat. libr. I. adde

Terebinth. vitell. ovi ſolut. unc. I.
Acet. Saturnin. dr. ſemis.

M. D. uſui.

DETERG. IRRITANTIA, STIMULANTIA.

1903. LAVAMENTA

Ex præcedenti ſectione peti poſſunt vel ſequens.

℞. *Scoriar. croci metall.*
Rad. ariſtoloch.
— *Bryoniae* ana unc. ſemis.

Coque in ſ. q. aquæ per quadrantem horæ: Colat. libr. II. adde
Mellis roſacei unc. II.

M. pro lavamento.

1904. UNGUENTUM

In ulcere putrido.

℞. *Balſami Arcaei* unc. I.
Spiritus Nitri dulcis dr. I.
Oxymellis ſimpl. unc. ſemis.

M. & exhibe.

1905. ALIUD

In ulcere venereo.

℞. *Unguenti Baſilici* unc. I.
— — *Neapolitani* unc. ſemis.

M. Superdetur.

1906. ALIUD

In eodem caſu fortius.

℞. *Unguenti Baſilici* unc. I.
Mercur. praecipit. rubri dr. I.

M. exacte, & plumaceolis exceptum ulceri ſuperdetur.

1907. VEL

1907. VEL

In eandem indicationem ſiccans magis.

℞. *Lapid. calamin.* dr. I.
Mercurii dulcis dr. I ſemis.
Terebinth. q. ſ. ut fiat Unguentum.

Uſus prioris.

1908. ALIUD

In ulcuſculis ſcorbuticis oris, domeſticum.

℞. *Lamellarum Citri* q. p.

Fricentur his ad cruentationem ulcuſcula oris.

1909. COLLUTORIUM

In eodem caſu.

℞. *Tinct. Gummi laccae alum.* unc. II.
Spiritus cochleariae unc. ſemis.
Spirit. vini camphorat. unc. ſemis.
Aquae ſtillat. cochleariae. unc. VI.

M. pro Collutorio.

1910. UNGUENTUM

In ulceribus ſcorbuticis externis.

℞. *Pulv. Gummi laccae.*
— *Myrrhae* ana dr. I.
Salis ammoniaci dr. II.
Tinct. Gummi Laccae ſpirit. dr. III.
Terebinthinae unc. ſemis.
Exacte mixtis intertere
Unguenti de Styrace unc. I ſemis.

M. & applica.

1911. VEL

1911. VEL

In ulcere depaſcente ſcorbutico.

℞. *Aethiopis mineralis* unc. ſemis.
Pulv. myrrhae.
— *Corticis peruviani* ana dr. III.
Spirit. cochleariae unc. ſemis.
Terebinthinae unc. I.

M. & exhibe.

Dum interne æthiopem mineralem bis de die in ſucco limonum drach. I. pro doſi ſumat.

1912. ALIUD

In ulceribus verminoſis detergens ſtimulans.

℞. *Tinct. myrrhae.*
— *Aloes* ana dr. II.
Unguenti de arthanita.
— — *Neapolitani* ana unc. II.

M. & exhibe.

1913. VEL

℞. *Balſam. copaivae* unc. I.
Tincturae aloes dr. III.
Vitelli ovi No. I.

Subactis invicem adde
Alumin. uſti dr. I.
Syrup. abſinth. unc. I.

M. D.

1914. ALI-

1914. ALIUD

In ulceribus gangrænoſis.

℞. *Olei ſtillat. rutae.*
— — *lauri* ana dr. I.
Salis volatilis oleoſi dr. ſemis.
Spiritus cochleariae dr. V.
exacte mixtis intertere
Pulv. cort. peruviani unc. I.
Unguenti aegyptiaci unc. II.

D. circumjacentes partes decocto ſaturato corticis peruviani foveantur vel cataplasmate ex theriaca & vino rubro.

1915. VEL

℞. *Unguenti aegyptiaci* q. ſ.
Exhibe.

1916. ALIUD

In ulceribus ſcrophuloſis, præter lavamentum in capite hujus ſectionis præſcriptum, ſi ſcrophulæ fuerint lardaceæ.

℞. *Unguenti Nicotianae* unc. II.
— — *Aegyptiaci* unc. ſemis.
M. & exhibe.

1917. LINIMENTUM

In ulceribus cancroſis.

℞. *Succi recentis cicutae* unc. I.
— — *Apii* unc. ſemis.
Pulv. Cicutae q. ſ.
Ut habeatur conſiſtentia linimenti, quod applicetur vel cui addere potes
Olei myrrhae p. deliq. unc. ſemis.
M. & exhibe.

1918. VER-

1918. VEL

℞. *Extract. Cicutae* unc. II.
Syrup. cicutae q. ſ.

Ut F. linimentum.

1919. VEL

℞. *Extracti cicutae* unc. II.
Mellis roſarum unc. ſemis.
Unguenti nutrit. unc. I.
Aquae ſalani q. ſ.

Ut F. Linimentum.

Hæc omnia vel plumaceolis excepta immitti ulceribus poſſunt, aut penicillo inungi, & ulcera hæc tenuiſſimo cicutæ pulvere inſpergi.

1920. ALIUD

In ulceribus cerebri putridis colliquativis.

℞. *Balſami commendatoris* unc. I.
Terebinth. venet. q. ſ.

Ut F. linimentum quod plumaceolis applicetur.

Nota. Oleum terebinthinæ cauſticum nimis eſſe, nec Spiritum vini hic valere.

1921. ALIUD

Detergens ſtimulans in vulnere cerebri ſuppurante, ubi nulla adeſt materiæ tenacitas.

℞. *Balſami fioravanti* unc. ſemis.
Aquae vulnerariæ dr. II.

M. & plumaceolis exceptum applicetur.

1922. VEL

Si materies tenax ſit.

℞. *Balſami fioravanti* unc. I.
Mellis roſacei unc. ſemis.
Aquae vulnerariae dr. III.

M. uſus prioris.

1923. INJECTIO

In eodem caſu.

℞. *Fol. Salviae.*
— *Lavendul.* ana M. ſemis.
Maſtichis unc. ſemis.

